Primo nanq̄ debet esse a nobis omnibus multiplicata. Licet eñ oratio sit solū meritoria quo ad iustos: tñ est etiaz impetratiua quo ad malos. Quapropter ꝛ iusti ꝛ etiā pctōres debēt p̄ hac cōuersiōis gr̃a impetrāda dño iesu christo porrigere p̄ces suas: vt verificet q̄d subinfert merito. Et data sūt ei incensa multa. Quid autē p̄ incēsum nisi deuote orationes intelligunt. Un psal. Dirigat oratō mea sicut incēsum in cōspectu tuo? Igit quilibet vestrū vel vestri filij atq̄ filie cunctusq̄ populus vniuerse ciuitatis saltē p̄ tpe quo hic p̄ nunciabimus ꝟbū dei. dicat quolibet die tres pater nr̄ ꝛ tres aue maria adminus: vt dñs dirigat vocē meā in ꝟbo suo ad gloriā suā ꝛ aiarum salutē. Insup vt moueat corda nr̄a ad suū timorē pariter ꝛ amorē. q̄ teste psal. Nisi dñs edificauerit domū in vanum laborauerūt. ꝛc. Flectetur enim dñs ad pias preces multiplicatisq̄ intercessoribus gratiā largietur: sic adimpleatur quod dictū est ꝛ data sunt ei incensa multa.

De origine charitatis seu diui. amo.

Qp meritum christi orõnes populi coꝝ dño deo presentant. Ca. II.

Ecũdo oratio debet esse p̃sentata deo. Sicut enim incẽsum anteq̃ approximet igni quasi mortuũ apparet igneq̃ cõtactuz quasi spũale fit ⁊ in altũ ascẽdit sic meritũ orationũ nr̃arũ quasi mortuũ est. nihilq̃ valet nisi dilectões illius igne qua xp̃s p nobis meruit in thuribulo cordis eius viuificet. Tunc nanq̃ orõnes nr̃e cum spũ dei ascendũt: cũ suffragãte merito christi deo p̃ri in eius noie offerunt. Ideo ecc̃lia sancta cuius orõnes minime a deo repellunt oẽs suas preces in iesu christi noie cõcludit dicẽs. p dñm nostrũ iesum xp̃m filiũ tuũ. Sicut enim ad oia impetrãda nos docuit ⁊ dñs iesus christus. Joh. xj. Si q̃d petieritis p̃rem in noie meo dabit vobis. Et hoc est q̃d subiũgit Joh. vt daret de orõnibus sctõrũ oiuz sup altare aureũ q̃d est añ thronũ dei. Nõ eñ ait vt daret orõnes sc̃oz sed vt daret de orõnibus sctõz. eo q̃ nõ oñs orõnes sctõz repsentet christus deo p̃ri. cum aliq̃n petant q̃d neq̃q̃ petendũ est. Sicut ptz in paulo q̃. ij. Corin. xij. petijt a se carnis stimulũ amoueri. Cui meritum dictũ est. Sufficit tibi gratia mea in qua est salus cũ christus nequaq̃ repñter p̃ri nisi orõnes que ptinent ad salutẽ. Notanter etiã dicit sanctoz oiuz nõ q; sicut supra dictũ est nõ sint impetratiue orõnes maloz: ꝑ vt notet q̃to sint p̃stantiores iustoz orões q̃ pctõz. simulq̃ vt monstret q̃tũ preces ⁊ merita btõz apud christũ desideria nr̃a iuuent. Inter hos oẽs p̃cellẽlentior ⁊ ad impetrandũ efficatior est gloriosissima virgo maria mr̃ dei. In cuius mysteria. iij. Regũ. ij. dixit salomon ad mr̃em suã. i. christus ad xp̃inẽ pete mr̃ mea: neq̃ enim fas est vt auertã faciẽ meã. Ideo merito ei iputare possemus si nollet cuz placere nobis. sed vere sperãdum est in orõnib⁹ suis alioz q̃ sctõz oiuz teste bernardo q̃ ait. Securũ habes homo accessum ad deũ. ibi habes mr̃ez ante filiũ. filiũ ante patrẽ. Mater oñdit filio pectus ⁊ vbera: filius ostendit p̃ri latus suũ ⁊ vulnera. nulla g̃ porerit esse repulsa: vbi sunt tot charitatis insignia Hoc est dare de orõnibus sanctoz oiuz sup altare aureũ q̃d est ante thronũ dei: quia merito passionis christi quã in corpore suo nobis pertulit sup lignuz: orationes nostre acceptabiles fiunt deo.

Per meritũ christi orationes nostre fiunt acceptabiles coram deo.

Capitulum. III.

Tertio oratio nostra debz esse deo acceptа: ⁊ hoc est q̃d Joh. subdit. Et ascẽdit fumus incensoz de orõnib⁹ sctõz de manu angeli coꝝ deo. Lachrymose eñ orõnis deuotio p christi meditationẽ a deo exaudiri mereꝝ cũ solũ p meritũ christi fit acceptabilis deo p̃ri Hec est eñ angeli manus gratificãtis coꝝ õpces nr̃as q; sine meritis eius nihil valẽt. Unde Joh. xv. dñs ait. Sine me nihil potestis facere. Ideo j. Joh. ij. dictũ est. Si q̃s peccauerit aduocatũ habem⁹ apud p̃rem iesuz xp̃m iustũ et ipse est ꝓpiciatio p pctis nr̃is: nõ solũ p peccatis nr̃is. sed etiã ꝓpctis totius mũdi. Recollectio. His tribus orõnũ nr̃arũ p̃cessib⁹ iam ptactis merenꝝ deuoti ⁊ supplices a deo optatã gr̃am impetrare. Sz sicut orõnes nr̃e vt dictũ est p merita christi coꝝ deo gratificanꝝ: sic ⁊ ꝓpiciatio dei p̃ris p magnã dilectõis ip̃i⁹ mediatoris in nos diffundiꝝ vel refundiꝝ. Jõ merito subinferꝝ. Et accepit angelus thuribulum in manu ⁊ ipleuit illud de igne altar̃. Impleuit q̃n sue passionis meritũ cum imenso sue dilectõis ardore pfecit: sicut ad Eph. v. dicit. Christus dilexit ecclesiaz ⁊ semetip̃m tradidit p ea: vt illã sanctificaret. Tunc aũt illã misit in terrã q̃n vt dr̃ Act. ij. Factus est repẽte sonus de celo tanq̃ aduenientis spũs vehemẽtis: ⁊ repleuit totã domũ vbi erant sedẽtes. Porro q; quotidie ecclesiã suã renouat spũalib⁹ bonis ꝑ noua demonũ argumẽta: ideo nouũ ignẽ i terram mittit cum feruorẽ ardẽtis deuotõis ⁊ ardorem zelãtis dilectõis p̃lis ⁊ p̃dicatoꝛib⁹ tribuit. Unde supra dñs ait. Ignez veni mittere in terrã ⁊c. Hunc etiã ignẽ in terrã mittit cũ ecclesiam in nouis corruptõib⁹ vitioz ab hui⁹ visitantis dilectõisq̃ ꝓticipatõe nõ destituit sicut Mat. vlt. ab eo ꝓmissũ est. Ego vobiscũ sũ p gr̃am oibus diebꝰ vsq̃ ad cõsũmationẽ seculi. Qđ donũ his tpibus largiri digneꝝ nob vt verificeꝝ q̃d ad Ro. v. dr̃. Charitas dei diffusa ẽ in cordib⁹ nr̃is p spiritũ sanctũ q̃ datus est nob qui vere fit fructus cordialis vr̃e orõis de quo fuit p̃sens secundũ mysteriũ.

Articulus. III. de tribus generibus hominũ: qui a mundi dilectõe ad dei amorem cõuertunꝝ.

Et tertiũ mysteriũ est cordialis cõuersionis Tria sunt genera pctõz. Quidã sunt naturali sensu acuti ⁊ p̃spicaces. Quidã sunt cõsanguinei ⁊ dulces: sed in peccatis fragiles. Quidam vero cõditõe siue culpa duri ⁊ ptinaces. Itẽrum aduertendũ q̃ verbũ dei iuxta naturã solis ꝛm Aug̃. iij. de doc. chri. habet mẽtes illuminare. delectari. ⁊ flectere. Illuminat rõnem allicit volũtatẽ. flectitq̃ facultatẽ. Propterea discretus ⁊ vtilis p̃dicator sepe vtetur rõnib⁹ ad intelligẽtes illuminandũ auctib⁹ ad ꝯditionis tractabilioris auditores alliciendus: et re-

prehēsionibus ad duriores aias flectēdū ⁊ cō/
terendū. Hinc est q pctōres triplr cōuertunt
ad ꝟbū dei. Quidā p cognitōez culpe fetētis.
q̄dā p dilectionē diuine mie alliciētis: q̄dā ꝟo
p timorationē diuine iusticie flagellātis Et de
his subiungit p ordinē a ioāne.

Qr quidā ꝯuertunt ad dei dilectio nem ex intellectu ⁊ pspicaci nobilita- te. Caplm. I.

Primo q̄dam cōuertunt p cognitionē
culpe fetentis. Cū eni mens illumiat:
p verbū dei ⁊ intelligit culpas suas: naturalit
multoq; amplius p gram horret ⁊ fugit eas. sī
cut ex natura fortiusq; per gram q̄libet appetit
bonū. Un Hiere. ij. Vide qm malū est ⁊ ama-
rum te dereliq̄sse dnm deū Tales illumiatōes
fulgura hic a ioāne merito nūcupant. Un sub
dit. Et facta sunt fulgura. i. diuine illumiatōes
sine q̄bus ꝟbū salutis hoies nō cōprehēdunt:
sicut psal. testat. Alluxerūt fulgura ei⁹ orbi ter
re. vidit ⁊ cōmota est terra. i. hoies terreni q̄ si/
cut terra sunt frigidi graues ⁊ ceci. qr tales ma
licias mens illumiata ⁊ pscientia amaricata ab-
horret. Un Hiere. ij. Arguet te malicia tua: et
auersio tua increpabit te. s. ppter fulgura a ꝺo
missa. Hec fulgura irradiāt mentē seu itellectū
vt homo cognoscat pctōr suor multitudinē ma/
gnitudinē turpitudinē ⁊ ingratitudinē: intelli-
gatq; se gra ꝓpuatū culpe sbiugatū. aie pulchri
tudine deformatū regno glorie priuatū ⁊ eter-
nis cruciatibus obligatū.

Qr quidā ꝯuertunt ad dei dilectio nē p dulcedinē sue ꝯditōis. Ca. II.

Secūdi q̄dem ꝯuertunt p dilectionē di
uine mie aliciētis. Vocat dns dulcit
pctōres ⁊ allicit aias ad se reūti volen-
tes multiplicibusq; blādicijs inuitat eas: ⁊ hec
dicunt voces a vocādo dicte. Un psal. Deus
deor dns locut⁹ est ⁊ vocauit terrā. Qua Hie
re. xxij. attētā facit dicēs. Terra terra terra au
di sermonē dni. q̄ dicit. Cant. vj. Reūtere reū
tere vt intueamur te. Clamatq; di. O aia mea
dilecta brachijs in cruce expānsis benignissime
te expecto vlcisci dissilo a mītis picul libero: re
uertere cū gaudent te suscipio oēm offensaz re-
mitto. gram liberaliter tibi dono. ⁊ datā mul-
tiplico. multiplicatā cōseruabo. cōseruatāq; in
eternū remunerabo. Ideo vt dicit Hiere. xxxj
In charitate ppetua dilexi te: iō artaxi te mise
rans tui. Ergo vt dicit Esa. lv. dereliq̄t ipius
vlam suā. ⁊ vir iniquus cogitatōes suas: ⁊ re/
uertat ad dnm ⁊ miserebit eius: qm mltus est
ad ignoscendu. Un psal. Miscōia dni plena
est terra qr miseratōes eius sup oia opera eius
vt idem ait. He vtiq; sunt diuie voces animas
ad se dulciter reuocātes. Unde Ysaie. l. Quis
ambulauit in tenebris ⁊ nō est lumen et speret
in nomine domini.

Qr quidā ꝯuertunt ad dei dilec- tionē p prehensiōes ⁊ cōminatōes. Caplm. III.

Tertij ꝯuertunt p timorationē diuine
iusticie flagellātis ⁊ puniētis. Quidā
nanq; sunt sceleribus inuoluti iniq̄tatibus ob/
stinati. ⁊ puersitatib⁹ indurati. insensibiles ef/
fecti: ⁊ excecati q nec rōnibus nec inspiratōib⁹
illuminant: nec insup psuasionib⁹ nec bnficijs
attrahunt Quapropter necessariū est q increpationib⁹ clamorib⁹ cōminatiōib⁹ ⁊ rectorib⁹
cōterant. Hec aūt ⁊ cōsimilia a ioāne tonitrua
nuncupant eo q tonitrua terrere faciūt: vn ad
se redeant pctōres. Ecclesia. xxxiij. scriptū est.
Vox tonitrui tui verberauit terrā. i. aias in ter
renis affectib⁹ inuolutas. Et. j. Regū. ij. addi-
tum est dnm formidabūt aduersarij eius: ⁊ sup
ipsos in celis tonabit. Ecce terror iusticie. dei.

Recollectio. His igit tribus exhortatōi
bus quasi p fulgura voces ⁊ tonitrua pctōrū
animę ꝯuertant. Et hic est terremotus de quo
ioānes subdit. Et terremotus magnus factus
est. In terremotu nanq; terra ascēdit. demū q̄
quiescit. Sic cum anime cōuertunt ascendūt p
amorē diuine miscōie. ⁊ descēdūt p timorē di-
uine iusticie. nec frāgunt pusillanimitate in de
speratōez: nec elatōe in psūptionē. Talis ꝓl's
dicere pōt cuz psal. Saluū me fecit. s. pdicatio
ꝟbi dei a pusillanimitate spūs que ducit in de
spationē: ⁊ a tempestate q̄ ducit i psūptionē
Nam sicut tēpestas i mari naues subūtit ⁊ im-
petit ne ad portū venire possint: sic psūptio fa/
cit aias spūalit trāsformari ⁊ naufragari. Qui
q̄ non psumit nec desperat necessario sequit q
bñ sperat: ⁊ hec est post terremotū quies. Un
psal. Terra tremuit. s. amādo miscōiam ⁊ timē
do iusticiā: ⁊ q̄euit p spem veraz: cū exurgeret
in iudicio deus. i. cū a pctōrib⁹ recognoscit de/
us iudicare penitētib⁹ dando veniā. ipenitēti/
bus ꝟo seuerā iusticiā. Et vidco iaz incipe ter
remotū Un psal. Terra mota ē eteni celi distil
lauerūt. s. p inspirantē illumiationē a deo factā.
qr a facie dei synai. i. a cognitōe suiipsius. Sy/
nai aūt interptat amphora oiuz iniq̄tatū ⁊ tē/
ptationū. a facie dei isrl. i. a cognitiōe dei. Isrl
interptat vir videns deū. O clemētissime deus
O sūma benignitas saluatoris. O infinita bo-
nitas sūmi dei. Cōmouisti iam q̄si terrā ⁊ ꝯtur
basti eam: sana ꝯtritōes eius qr cōmota est sic
ait psal. Et idem alibi rōnē oñdit di. Alluxerūt
chorusc atōes tue orbi kre: cōmota est ⁊ ꝯtremu
it terra. Et alibi. Cōmota est. s. p ꝯterētē timo

rem ⁊ cõtremuit terra per cõfundentẽ tremorẽ fundamẽta mõtiuꝫ. ſ. ſuꝑbie luxurie ⁊ auaricie ꝙturbata ſunt. ſ. ꝑ adnihilantẽ amorẽ. Ecce iã vtiq; terremotus magnus futur' eſſe ꝓnũciat quẽ in hac q̃drageſima ſentire ⁊ expiri ꝑ verã ꝙuerſionẽ nos faciat fons ⁊ orígo veri amoris dñs nr̃ ieſus xp̃s. Qui cum p̃re ⁊c̃.

Ꝓ̃nica in quinquageſima infra diem declaratio epl'e pauli de laudibus charitatis. Sermo. II.

ASTitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate pſal. xliij. bñplacita oꝛis mei faciat ſibi diuina charitas regina ỽtutũ. dña gr̃arũ: ⁊ ipeꝛatrix oíuꝫ bonoꝝ. Ipſa illumineꝭ intellectũ. inflãmet affectũ. dirigat ſtilũ. ⁊ de ſua dulcedine inſpergat eloquiũ meũ. vt aliq̃d ſaltẽ balbuciendo fari poſſim de laudib' eius. Libet cõſiderare ꝓpham ad deũ de ipſa charitate loquẽtem ⁊ illã mira laude extollentẽ cuꝫ ait. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato ⁊c̃. In q̃bus ỽbis cum cõcoꝛdia apl̃i. j. Coꝛ. xiij. ꝙſidero q̃ tria myſteria de charitatis laude denotant. Primo oſtendit charitatis neceſſitas ſc̃o charitatis varietas. ibi circũdata varietate. tertio charitatis durabilitas. ibi in veſtitu deaurato.

Articulus p̃mus de charitatis neceſſitate. ⁊ q̃ eloq̃ntia. ſcia ⁊ ỽtuoſa vita abſq; charitate in hoĩe eẽ nõ p̃ñt

Primũ myſteriũ eſt de charitatis neceſſitate: ideo pſal. ait. Aſtitit regina ⁊c̃. Aſtare enim ſeruiẽtiũ eſt iõ dr̃ q̃ charitas aſtat deo: q; ꝑmptũ reddit hoiem ad ſeruitiũ dei. Regina etiã dicta eſt charitas q; eſt vniũſalis ỽtus inq̃tuꝫ eſt forma ceterarũ ỽtutũ. ⁊ etiã eſt ỽtus particularis atq; ceterarũ ỽtutũ regina: q; cuilibet earũ imperat opari q̃ ſibi placet. Subdit q̃ꝫ a dextris tuis o deus. i. in potioꝛib' bonis. vel a dextris dicit ſtare: q; eis q̃ in die iudicij reperient ſtare a dextris. i. in charitate dicet. Venite bñdicti pr̃is mei poſſidete regnũ paratuꝫ vobis a cõſtitutõe mũdi. Et hec eſt charitatis neceſſitas. Vñ apl's in p̃ma parte epl'e hodierne ait. Si linguis hoíuꝫ loquar ⁊ angeloꝝ ⁊c̃. Ad hoꝝ intelligentiã aduertẽdũ eſt q̃ tria ſũt que ſolent maxime eſtimari ⁊ credit a pleriſq; q̃ illa hñtes quaſi habeãt charitatẽ. Primuꝫ eſt facũda eloquẽtia. ſecũdũ eſt magna ſciẽtia: tertiũ ỽo eſt ſãcta vita. p̃mũ ptinet ad ỽmonẽ: ſc̃m ad cognitionẽ. tertiũ ỽo ad opationẽ.

Q eloquentia magna ſine charitate ad ſalutẽ nõ ꝓdeſt. Cap̃. I.

QRimũ q̃dem q̃ ſolet in magna reputatione haberi eſt facũda eloquẽtia. que nõ põt ſine charitate haberi. Tria enim maxime neceſſaria ſunt ad eloquentiã. ſ. q̃ homo loquat' clare. breuit' ⁊ ornate. Clare vt aditoꝛis intelligẽtia dicta capiat. breuit' vt eius memoria audita retineat: ornate ỽo. vt voluntati q̃ dictũ eſt placeat. In duob' enim talis eloquẽtia excitari põt loquẽdo. p̃mo naturaliter ſc̃o ſpũaliter. Primo naturaliter. vñ apl's ait Si linguis hoíuꝫ loquar. i. ſi loquar ſm ſenſibilẽ rõnem dicẽdi de his que ſenſu ⁊ exꝑimẽto humano percipi poſſunt. Secundo ſpũaliter et de hoc dicit ⁊ angeloꝝ. id eſt ſi loquar de his que nõ ſenſu humano vel exꝑimento ſed ſolo intellectu ⁊ fide ꝑcipi poſſunt ſicut loqui allegoꝛice vel anagoꝛice. Charitatẽ aũt non habeam. ſ. que gratificat animã ⁊ qua põt carere etiã homo talibus linguis: factus ſuꝫ velut eſonans aut cymbalũ tinniẽs. Poſſunt aũt hec duo duobus reſpondere p̃dictis. Nam ſonus eſt ſublimioꝛ vel ſubtilioꝛ manifeſte apparet: lingue angelice adaptant'. Apta quippe ſimilitudo hoꝝ inſtrumentoꝝ ad ipſam rem in q̃ cõſideranda ſunt. Nam hec inſtrumẽta. Primo ſine impulſu ſonant. ſc̃o aures audiẽtiũ mulcẽt tertio ſe dum pulſant' cõſumũt. Sic nanq; huiuſmodi eloquẽtes non ꝑ ſe ſed ỽtute ſpũs ſancti ꝓferũt ſuꝑple vtilia: ex quo creſcit pulſatoꝝ gloꝛia que deus eſt. atq; plurimi ex eis ſuſcipiunt fructũ ⁊ tñ exinde dicẽtis ſi abſq; charitate eſt ſequit' detrimentũ ſicut tali. Lu. xix. dñs ait. De oꝛe tuo te iudico ſerue nequã.

Abſq; charitate ſciẽtia magna nõ ꝓdeſt. Cap̃m. II.

QUadruplex eſt ſcientia ſeu noticia rerum. Prima eſt euentuũ ſeu caſuũ futuroꝝ. ſc̃a eſt cognitõ myſterioꝝ. tertia eſt artium liberaliũ. quarta eſt cognitio diuinoꝝ.

Prima eſt cognitio euentuũ ſeu caſuũ futuroꝝ. Vñ apl̃us ſubdit ⁊ ſi habuero ꝓphetiã q̃ eſt donũ cognitõis ſupꝛa facultatẽ humanã. ⁊ hanc habuerũt etiã aliq̃ mali ſicut balaã. Nu. xxiij. et. xxiiij. et de ſaul. j. Reg. xix. vbi ſc̃ptuꝫ eſt q̃ lictoꝛes miſſi a ſaul vt caperẽt dauid ꝓphetauerũt ꝓphauit etiã cayphas Joh. xj. Sc̃a eſt cognitio myſterioꝝ. vñ addit apl's ⁊ noue/rim myſteria oĩa. i. occulta veteris ⁊ noui teſtamenti. ſicut etiã nouit iudas. Diabolus etiam noſcit multa myſteria ſicut Ezechie. vbi dictũ eſt ei. Oĩe ſecretũ nõ eſt abſconditũ a te vnde demones. ſ. ſciẽtes interꝑtant' Tertia eſt cognitio artiũ liberaliũ ſiue theologie atq; ſcientia vtriuſq; iuris que ſunt in ptãte noſtre cogni

tionis: ⁊ de hac subdit oēm scientiā. Hanc habuerūt pharisei ⁊ scribe. q̄bus Lu. xj. dñs ait. Ve vob legisp̄itis q̄ tulistis clauē scie ip̄i nō introistis. ⁊ eos qui introibāt p̄hibuistis. In li. q̄ p̄fes. fcitat Aug⁹. q̄ cū vitā bti anthonij audisset ait. Heu indocti rapiūt celū: ⁊ nos cū doctrinis demergimur ad infernū. Nā si scia btm̄ faceret sicut ex p̄cedētib⁹ patet: demões btissimi essent. Jdo Aug⁹. admonet dicens. Si non potes sacre scripture legere volumia omia tenneas charitatez: q̄ in hac habes ⁊ qđ latet ⁊ qđ patet. Quarta est cognitio diuinoꝝ: ⁊ de hac subditur. ⁊ habuero oēm fidē. id est. de oñi re credēda ad necessitatē salutis. ⁊ ita p̄fectaz vt mōtes transferā ad lr̄am: vel demones supbos qui per montes significant virtute fidei a patientibus expellā seu trāsferā graues mōtes tem ptationū. Charitatē aūt si nō habuero nihil sū id est nihil ad meritū mihi p̄dest. ac si nihil essem. Ex aūt ex fide trāsferant mōtes p̄misit dom⁹. Mat. xvij. dicens. Si habueritis fidem sicut granū synapis dicetis mōti huic trāsi hic et transibit: sed hoc sine charitate fieri pōt. Solum aūt fidei attribuit miraculoꝝ opus ꝑpter oīpotentiā eius. Miracula etiā sunt potentie ostensiua ⁊ qm̄ fides eleuat aiaz supra posse nature: merito datur ei posse supra naturā. Talis igit sine charitate fides trāsfert mōtes de merito nō cōdigni sed cōgrui si forte hoc exigit vtilitas populi.

Non valet ad salutē sine charitate etiā vita iusta. Ca. III.

Tertiū insuper qđ maximū estimat est sancta vita. In duob⁹ solet apparere vita iustoꝝ. Primo in bñ facere. secūdo in mala pati. Primo in q̄ consistit sanctitas vite in bene facere in quo singularissimū existimat distributio omniū p̄/ p̄iarū facultatū in paupeꝝ cibos: q̄ charitas ad oīa valet. j. Timoth. iiij. qđ tm̄ etiā sine charitate fieri potest. ⁊ de hoc apl's ait. Et si distribuero in cibos paupeꝝ omnes facultates meas. In quib⁹ ꝟbis quattuoꝝ conditōes p̄fecte elemosyne demonstrant. Prima ē cautela secūda est necessitas. tertia ē largitas seu liberalitas. quarta est ꝑpr̄ietas. Prima in q̄ ē cautela: scilicet ex parte dantis: ⁊ de hoc dicit et si distribuero. Unde glo. hec cautela elemosyne denotatur vt non vni sed multis detur. scz ad hoc vt pluribus p̄osit. Unde p̄s. ait. Dispersit dedit pauperib⁹ et rj. Corinth. ix. Qui seminat in bñdictōib⁹. id est. dat elemosynā multis qui illum actualiter benedicūt: de benedictionibus ⁊ metet. scz gratie charitatis ⁊ regnū eterne felicitatis Semen enim non tm̄ p̄ojcitur i vno loco q̄ marcesceret ⁊ sic fructū nō faceret.

Secō requirit necessitas ex parte eius cui datur. ⁊ ō hoc subdit. In cibos paupeꝝ glo. i. necessaria paupcrū non diuitū qui tibi reddāt. Unde Luce. xiiij. Cū facis p̄uiuiū voca pauperes debiles claudos cecos ⁊ btūs eris: quia nō hñt vnde retribuāt tibi. Tertio req̄rit liberalitas seu largitas. pinde subdit oēs facultates. Un Tob. iiij. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. si exiguū illō libēter imp̄tiri stude

Quarto req̄rit ꝑpr̄ietas ⁊ de hoc subiūgit meas. Unde Thob. iiij. De tua substantia fac elemosynā. Et illud p̄uer. iij. Honora deum de tua suba. Nā grauius malū ē male ablata q̄ certa sunt nō creditori reddere sed paupib⁹ dispēsare q̄ illa impie auferre: q̄ sic distribuēdo hō sponte impotentē se reddit ad satisfaciendū Unde dr. Eccl. xxx. iiij. Qui offert sacrificiū ō suba paupis: q̄si q̄ victimat filiū in p̄spectu patris sui. Secūdo p̄sistit excellētia vite in malapati. ⁊ de subdit. Et si tradidero coꝛp⁹ meum quasi dicat. nō tm̄ mea sed semeip̄m detrimentū faciā ꝑpter deū ita vt ardeā. s. sicut fecit btūs laurēti⁹ martyr. si charitatez nō habuero nihil mihi p̄dest. Proinde Lu. xxj. de vidua offerē te duo minuta ait glo. Nō pēsat dñs q̄tuz: sed ex q̄to amoꝛe offert ei bonis operis mun⁹. nā licet nob videat q̄ mun⁹ boni opis illi offeramus ex charitate tñ hoc nob incertū est: aliter falsa eēt sn̄ia scripture dicentis Eccl. ix. Nescit hō an amoꝛe vel odio dign⁹ sit. nec arguit certitudinaliter q̄ hō in charitate sit etiā si tradeꝛet igni coꝛpus suū iuxta apl̄i sensum. Rō autē huius est: qꝛ ꝑm Bonauen. in. ij. di. q. ij. q̄n q̄ ꝑpter tenebꝛas obcecatiōis synderesis i aimo impedit ne. s. remurmuret malū ꝓ eo q̄ malum credit esse bonū ⁊ ecōtra sicut in hereticis ptz. Nam mꝛentes ꝓ pfidia et impietate errꝛis sui se mꝛi credūt ꝓ fidei pietate: ꝑpr̄ hoc non sentiūt remoꝛsū i p̄scia sua: ꝑ magis qđā gaudiū aridū ⁊ vanū. Sz h̄ admirandū vt q̄ ē qđ idē Bonauē. testat in illūiationib⁹ suis: tales nunq̄ miracula opentur. eo q̄ deus nollet esse testis impietatis eoꝝ.

Articul⁹ ij. de quidecim gradib⁹ ⁊ ꝑfectib⁹ charitatis q̄ mira varietate circūdāt ⁊ oꝛnāt diuinā charitatē.

Secundū mysteriū est de charitatis varietate qꝛ ꝑpba sbdit circūdata varietate. Quin decim q̄dem sunt g̃date varietates: p̄ q̄s ostendit apl's charitatē excellentioꝛem alīs donis. Alia em̄ dona absq̄ charitate ad meritum p̄ficere nō p̄nt. charitas vo ꝑficit ꝑ scipam: ⁊ h̄ ꝑ quindecim gradus. Proficit em̄ per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. primo ꝑficit in malis. scō ꝑficit in bonis. Primo q̄dem ꝓficit in malis: et hoc per decem gradus de quibus

ꝑmo ponamus ãnq̃.

Quinq̃ gradus charitas in malis ꝓficere cõprobat. Ca. I.

PRimo eñ charitas ꝓficit in malis ⁊ hoc ꝑmo ꝑ ãnq̃ gradus. Primꝰ g̃ dus ẽ patia. scõs benignitas. tertiꝰ electio boni alteriꝰ. q̃rtꝰ intentio recta. q̃ntꝰ hũiliatio de bonis. Primus g̃dus est patiẽtia qz charitas patiẽs ẽ. s. q̃tũ ad habitũ patiẽtie in aĩa. ⁊ iõ nõ defic̃ i aduersis. Vnde Jaco. j. ait. Patiẽtia opꝰ ꝓfectũ habz Sicut eñ ꝓcussũ auz dilatat: sic in aduersis ꝑssa charitas augẽt. Hinc ꝓpha ait In tribulatõe dilatasti mihi. Et itez idem inq̃t. Dũ supbit impius. s. ꝓsequendo incẽdit pauꝑ. s. ardẽtius diligẽdo. In tribus eñ hõ põt offendi. Vnde in cruciatu cozpali. Audistis qz dictũ ẽ inq̃t dñs Mat. v. oculũ ꝑ oculo dentẽ ꝑ dente. Ego ãt dico vob nõ resistere malo. sed si q̃s te ꝓcussit i dexterã maxillam ꝑbe ei ⁊ alterã. Secõdo offendit hõ in re ꝓpali: ⁊ de hoc dñs subdit Et ei q̃ vult tecũ iudicio ꝓtendere ⁊ tunicã tuã tollẽ: dimitte ei ⁊ pallium. Interlinearis. Tunica q̃dem ania est: quã si q̃s ꝓdere voluerit dimitte ei et palliũ. i. cozpꝰ ei ad martyriũ ꝑbe. Et itez illa Jnt linear ait. Nõ solũ tunicã sine altricatione sed etiã temetipm ꝑbe ei. Tertio in angaria spũali ⁊ de hoc dñs addit. Et quicũq̃ te angariauerit mille passus vade cum eo. s. alia duo milia. Interlinearis. i. tã pedib q̃ aio sis paratus mille passus ꝼm glo. hoc est iter sabbati q̃si dicat. si hoc nõ est ꝓtra sabbatũ pectoris angarias suscipe. vel in millenario perfectionẽ spiritualem significat que in ꝛmpletione huius precepti clarius demõstratur. vade iquit alia duo milia. i. patienter feras si amplius te ire necesse est. cum millenarius pfectiõis sit nũerus. In tribꝰ siquidem millenarijs mystice indicari põt q̃ in tribꝰ perfectio patiẽtie compzobat. s. in cozde rõne ⁊ volũtate qđ significattur ꝑ alia duo millenaria. Job. j. Erãt ei tria milia cameloz. Camelus vngulam scindit: quia discretio ad onera voluntarie se submittit ⁊ in hoc ẽ opatio ⁊ voluntas. Secũdus gradus est benignitas. vnde subditur. Et benigna est: quia iniurias non rependit. Vnde Grego. ait. Vera patiẽtia est: que ipsum amat quẽ portat. Nam tolerare ⁊ odisse non est virtus sed velamen virtutis seu furoris. ꝼm eñ glo. tãgit apls hic duas ꝑcipuas virtutes. s. patiẽtiam ⁊ benignitatẽ: qz hec sunt ꝑcipua arma militie christi. Nã patientia mala illata a ꝓximis equanimit portat. ⁊ benignitas bona sua ꝓximis delectabilit administrat. prima est sicut clypeus. scda vero sicut gladius. Mens quippe sctoz munita patientie clypeo ⁊ accincta amoris gladio ad mala ferenda sumit fortitudinẽ: ⁊ ad bona rependenda benignitatem. Et sicut non est armatus cozpalit qui sumit clypeum ⁊ dimittit gladiuz vel ecõtra: sic spũalit nõ est bene armat qui simul ista duo nõ habet. Charitas igit benigna est quasi bene ignita. s. i reuelãdo miseroz alio rũ pauptatẽ ad hec hortat apls ad Eph. iiij. Estote inuicẽ benigni glo. i. largi de facultatibus vris ⁊ h maxie vos ꝓsequẽtib. sic Mat v. dñs ait. Diligite inimicos vros bñ facite his q̃ vos oderũt ⁊ orate ꝑ ꝓsequntib ⁊ calũnianti bus vos vt sitis filij pris vri q̃ in celis ẽ q̃ solez oriri facit sup bonos ⁊ malos ⁊ pluit sup iustos ⁊ iniustos. Tertiꝰ gradus est electio boni alteriꝰ: ⁊ de hoc subdit. Charitas nõ emulatur. glo. i. nõ inuidet: qz ea aliena felicitas nõ cõtristat sed alienũ bonum diligit tanq̃ suum Hinc apls ad Gal. vj. hortat dicens. Nõ efficiamur inanis gl̃ie cupidi inuicẽ poucãtes inuicẽ inuidẽtes. Vñ ꝓpha. Particeps sum ego oium timentiũ te: ⁊ custodiẽtiũ mãdata tua. Vñ aug. Tolle inuidiã ⁊ tuũ est qđ habeo. Quartus g̃dus ẽ intẽtio recta: ⁊ de hac subdit ñ agit ꝓperam. i. puerse. s. ne bona fiant ꝑstando impeditmentũ. Vñ Eccl. vij. Noli facere mala ⁊ nõ apꝑhendunt te. vel non agit ꝓperã. i. rõem operis non deformat sed etiam dirigit ad finẽ qui deꝰ est. Hic siquidem dexter oculus qui semp dilectum respicere habet: quia vbi amoz ibi oculus Vnde Cant. iiij. Vulneraſti coz meum in vno oculoz tuoz ictu. i. in dilectiõe: alit est oculus cognitiõis. Quintꝰ gradus est hũiliatio de bonis: ⁊ de hoc subdit non inflatur. id ẽ. de habito bono nõ extollit. Nam sicut. j. Coz. viij. apls ait. scientia inflat charitas edificat. Et iterũ. v. c. ꝓtra quosdã inquit ⁊ vos inflati estis: de talibus inflatꝰ erat ille ꝓtra quẽ dñs Apoc iij. ait. Et dicis quia diues sum, ⁊ locupletatus ⁊ nulliꝰ egeo ⁊ nescis qz tu es miser ⁊ miserabilis pauꝑ ⁊ cecus. Sed audi talium ꝓdignã penã. Dicit eñ Sap. iiij. Disrũpet illos deꝰ ifla tos sine voce ⁊ cõmouebit illos a fundamẽtis: ⁊ vsq̃ ad sũpmũ desolabuntur.

Quinq̃ alios quinq̃ gradus etiaz in malis charitas ꝓficere potest. Capitulum. II.

SEcũdo charitas ꝓficit etiã in malis ꝑ alios quinq̃ gradus. Primus ẽ amoz subiectõis. scõs studiũ cõis boni. tertius mãsuetudo. q̃rtus innocẽtia. q̃ntus doloz ꝑ primi lapsu. Primꝰ gradꝰ ẽ amoz subiectõis ⁊ de h subdit. nõ ẽ ambitiosa. s. de bono hñdo qz ꝑesse nõ nitit sed subesse. Hoc eñ admonet Eccus. vij. c. dicẽs. Noli q̃rere ab homie ducatũ: nec a rege cathedrã honoris. Cõtra qđ agebat iasõ. de q̃ ꝛ. ij. Machab. iiij. q̃ sup oẽs

ambiebat summũ sacerdotũ. Et. v. c. de eodem habeť ꝛ ipe in lamẽtat⁹ ꝛ insepult⁹ abijcik a se pultura. nec pegrina vsus nec pꝛño sepulchꝛo pticipãs. Scõs grad⁹ ẽ studiũ cõis boni: et de ꝫ addik. nõ q̃rit q̃ sua sũt glo. i. ppꝛiã: ꝫ mul toꝛ q̃rit cõmoditatẽ. Sic apls. j. Coꝛ. x. de se/ ipo testať dicẽs Nõ q̃rẽs qđ mihi vtile sit ꝫ qđ multis vt salui fiant. vel nõ querit q̃ sua sunt. i. ablata sibi nõ repetit intellige ꝓtentiose. Dicit eñ dñs Lu. vj. Qui aufert q̃ tua sunt nõ repe/ tas. Interlinearis. Nõ domũ nõ agrũ ꝛ gñali ter q̃cũq; pecuniã. vel nõ q̃rit q̃ sua sunt. s. cum scãdalo alioꝛ ꝫm glo. Terti⁹ grad⁹ ẽ man/ suetudo ꝛ ideo addik. Nõ irritať. ꝛ ppẽ iniu/ riã nõ ꝓuocať adjrã eo q nõ hꝫ apetitũ vindi cãdi. imo vitupatõem ꝙuertit in refectionez. et plagas in medicinã. vñ Thren. iij. Dabit pcu tiẽti se maxillã saturabik obꝓbꝛijs. Itẽ Job xxxiij. ait. Quis ẽ vir vt ẽ iob qui subsannati onem bibit q̃si aquã? Ꝓroinde Eccl. vij. hoꝛta tur dicẽs. Ne sis velox ad irascendũ: qꝛ ira i si/ nu stulti requiescit. Et Jac. j. Ira eñ viri iustici am dei nõ opať. Et ad Eph. iiij. Sol non occi/ dat supra iracundiã vꝛaꝫ ꝛ hoc ad lꝛaꝫ: vt sol id ẽ rõ illumiosa nõ occidat supꝛa iracundiã ve strã. i. supꝛa vꝛam irascibilitatẽ. Quart⁹ gra dus ẽ innocẽtia ꝛ ꝺ hoc subdik nõ cogitat malũ sez ꝓ studiũ mali. Vñ Esa. j. Auferte malũ co/ gitationũ vꝛaꝫ ab oculis meis. Vel non cogi/ tat malũ. qꝛ eam siniſtre cogitatões nõ fedant.

Quintus gradus ẽ doloꝛ de ꝓximi lapsu: ꝛ de hoc dicik. Non gaudet sup iniq̃tatẽ sed po tius dolet. Unde Ꝓꝛouer. xvij. Qui in ruina alterius letať non erit impunitus. Et Ꝓꝛou. xxiiij. admonet salomon. Cũ ceciderit inimic⁹ tuus ne gaudeas: ꝛ in ruina alterius nõ exultet coꝛ tuũ. Vñ Michee. vij. Ne leteꝛ i inimicia mea qꝛ cecidi: ꝓsurgam. Et sic patet q vt ꝺꝛ. j. Pe. iiij. Charitas opit multitudinẽ pctõꝫ.

Qꝛ ꝓ quinq; gradus charitas in bo nis ꝓfectũ facit Cap. iiij.

Tertio ꝓficit charitas in bonis ꝓ quin q; vltimos grad⁹. Ꝓꝛim⁹ ẽ ꝓgratulatõ scõs sufferẽtia. tertius fides pfecta. q̃/ tus est expectatio ꝓmissoꝫ. q̃ntus longanimi/ tas. Ꝓꝛim⁹ est ꝓgtulatio. s. de alioꝫ ꝓfectu ꝛ de ꝫ inq̃t. Cõgaudet aũt veritati. i. cognitiõi operũ iustitie vel verbis veritatis. qꝛ erꝛoꝛib⁹ non excecať Hinc ꝛ Joh. ij de se ait. Gauisus sum qꝛ inueni de filijs tuis ambulãtes in vtute

Scõus gradus est sufferẽtia. s. aduersoꝫ: q̃a eam ꝓsecutões nõ frangũt. Vñ subdik. Omia suffert. vñ Cant. vlc. aque multe nõ potuerunt extinguere charitatez. Et ad Rho. viij. Quis nos sepabit a charitate xꝓi tribulatio angustia an ꝓsecutio an fames an nuditas an ꝓiculũ an gladi⁹? sicut scriptũ est. Quia ꝓpter te moꝛtifi camur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisi/ onis. Tertius gradus ẽ ꝓfecta fides: qꝛ eam pfidia non indurat. ꝛ de ꝫ addit. oia credit. s. q̃ veritas suadet glo. Nõ dicit oib⁹: qꝛ nõ oibus sed deo q̃ est veritas credit. Exemplũ ꝺ abꝛaã Gen. xv. Credidit abꝛaã deo ꝛ reputatũ est illi ad iustitiã. Nõ inq̃t dicit oibus credit qꝛ vt ꝺꝛ Eccl. xix. Qui cito credit leuis ẽ coꝛde. Vñ. j. Joh. iiij. Nolite oi spũi credere. Vel oia credit qꝛ in eo quẽ diligim⁹ ex efficacia dilectiõis ꝓfi/ dim⁹. ꝛ facilik credere inclinamur ꝛ bona de il lo sentimus. Quart⁹ grad⁹ ẽ expectatio ꝓ/ missoꝫ: qꝛ caꝫ despatio nõ absoꝛbet sed ꝓtinue ꝓficit sperãdo ꝓmissa summe bonitat⁹. ĩꝺo ad/ dik oia sperat. s. q̃ xꝓs ꝓmisit. Hic ad Rho. v. dicik. Spes aũt nõ ꝓfundit: qꝛ charitas dei dif fusa ẽ in coꝛdib⁹ nꝛis ꝓ spm̃sctm̃ q̃ dat⁹ ẽ nobis Et itez Soph. iij. Sperabũt in nomie dñi reli quie israel: nõ faciẽt iniq̃tatẽ nõ loquent mẽda ciũ. Magna q̃dez sperabat Job qui. xiij. de se ait. Etiã si occiderit me in ipo sperabo Qui/ tus gradus est longanimitas. Nam qꝛ imple/ tio promissi summe bonitatis adhuc differ: nõ charitas ꝓficit longanimik expectando Unꝺ subditur. oia sustinet. i. ꝓmissa pacienter expe/ ctat et ꝓ nullam causaꝫ desistit ab inchoato bo no. Ꝓꝛ: oinde ꝓbať Eccl. ij. dicens. Cõjunge/ re deo ꝛ sustine: vt crescat i nouissimo vita tua. Et itez ibidem subdit. Ue his q̃ ꝓdiderunt su/ stinentiã: qꝛ ꝓdiderũt coꝛonã quã dñs ꝓmittit Apoc. ij. dicẽs. Esto fidelis vsq; ad moꝛtẽ: et dabo tibi coꝛonã vite. Sed aduertendũ ẽ q̃ dif ferũt hec tria. s. pati: sufferre. ꝛ sustinere. Nã cũ in p̃cedẽti. j. c. presentis articuli loq̃reť apls de ꝓfectu charitatis i malis inquit. Charitas pa tiens est. cũ vero insinuaret in p̃senti apl'o ꝓfe/ ctum charitatis in bonis dixit oia suffert. Ultꝛi mo vero hic cum sermonẽ facit de ꝓfectu chari tatis quo ad bonũ vberrimi finis subdit dicẽs omia sustinet. Hunc oꝛdinẽ sufficienti⁹ seu ꝓue nienti⁹ seruat Nam pati est ꝓpꝛie respectu ma li illate pene: sufferre est respectu difficultat⁹ et miserie iam ꝓtracte qua difficiles sum⁹ atq; la/ boꝛiosi ad opa virtuosa: sustinere aũt respectu absentis dilati boni. Conuenienter igitur respe ctu mali illati inquit charitas patiẽs est: respe/ ctu operũ virtuosoꝛũ que laboꝛiosa sũt ait oia suffert. sed respectu summi boni crediti ꝛ speꝛa ti sed dilati inquit omnia sustinet. Et sic ex his patet ꝓfectus charitatis ꝓ q̃ndecim gradus ꝓ quos ostendik charitatẽ esse excellentioꝛem ce/ teris bonis ꝛ donis: ꝛ q ꝓ se sufficiat vbi ceteꝛa sine ipsa sufficere mime possunt.

Articulus. iij. de charitatis dura bilitate qꝛ nunq; habebit finem.

Tertiū mysteriū est de charitatis durabilitate que q̃dem in auro insinuat a pp̃a cū dicit: in vestitu deaurato. In vestitu int. i. in cōnexu ⁊ ornatu vtutū quaꝝ oim forma charitas est. sicut patz. j. Timoth. j. Finis p̃cepti ē charitas qz oē p̃ceptū refert ad charitatē. Deaurato etiam addit: qz p aurꝝ charitas designat. Naz sic aurꝝ int metalla: sic charitas inter oēs vtutes optima ē. Sed qz aurꝝ durabile: ideo charitas durabilitatez designat. Et de hac durabilitate apl's subdit. Charitas nunq̃ excidit. i. nec in p̃senti seculo finiet: nec in futuro. Nā licet q̃dam eius opa cessent vt potet laboziosa sicut sūt opa misericozdie: nihilomin⁹ interioza opa non cessabūt. Perficit em̃ durabilitate charitas. Vñ Esa. xxxj. Uiuit dñs cui⁹ ignis in sion: ⁊ caminus in hierl'm. Permanēte igit charitate i gloria paradysi cetera dona cessabūt Et hoc mōstrare intendit apl's in epistole ferie ꝑsequenti vbi tria ostendit. Primo q ibi nō pmanebunt dona non necessaria. scōo pbat hoc manifesta exē pla tertio dicit q ibi etiam non pmanebunt necessaria dona.

Qz dona nō necessaria ad salutē pmanētē charitate in paradiso non permanebūt nec durabūt. Ca. I.

Primo oñdit apl's, q in gloria pmanente charitate nō pmanebunt: nec durabūt ibi dona ad salutē nō necessaria: de quibus donis triplicē ponit differētiā. Primo ponit pphetiā. scōo liguas. tertio sciam. Prio dicit pphetias euacuari ⁊ de hoc dicit siue p̃phetie euacuabunt. Prophetie em̃ sūt noticie futuroꝝ: q̃ pter in gloria qñ oia p̃terita erunt necessario euacuabunt. ⁊ licet pphetia sit de p̃teritis et p̃sentibus sicut etiā de futuris sicut prophetauit de his trib⁹ temp ib⁹ moyses in libro Geñ. tñ pphetia est de p̃teritis ⁊ p̃sentib⁹ ignotis: ⁊ in gloria padisi oia nota erūt. ideo ibidez oēs pphetie euacuabūt. Scōo dicit liguas cessare. Unde subdit. siue ligue cessabūt Quid em̃ aliquid alieni dicet vbi omēs eadem intelliget ait glo. Vñ Hiere. xxxj. Nō docebit vir vltra p̃ximū suū ⁊ vir fratrē suum dicens cognosce deū. oēs em̃ cognoscent me a mimo vsq̃ ad maximū. Cessabūt igit ligue in regno dei. scz q̃tum ad actū instruendi: qz oēs ibi eadem scient: non tñ q̃tum ad actū loquēdi. s. laudandi. qz erit ibi vocalis laus sicut dicit sup illud ps̃. Omis spūs laudet dñm. Et iterū. Beati q̃ habitant in domo tua dñe: in secula seculoꝝ laudabūt te. Tertio dicit ibi sciam destrui. vñ subdit. Siue sciētia destruet. Que modo p speculū est: tūc erit p ipam rem vt dicit glo. Scientia em̃ acq̃sita vel scientia que est donū q̃tū ad actū qui ē rōcinari vel q̃tū ad discursum q̃ imꝑfectionē dicūt vtiq̃ euacuāda est. Vñ Apoc. vl. Non egebūt lumie lucerne qm̃ dñs deus illuminabit eos. Et iterū in pen'. c. ait. Ciuitas non eget sole neq̃ luna vt luceāt in ea: qm̃ claritas dei illumiabit eam ⁊ lucerna eius est agnus Hec tria p̃dicta triplicē imponūt pfectionez que statue glie oino repugnāt. Prophetia em̃ qz ponit futurā imꝑfectionē oñdit ex distantia tpali: lingua ponit imꝑfectōem distātie cognitōis q̃ interpositionē medij extranei inter cognituz et cognoscentē qz p speculū est: q̃ tria repugnant statui glie btōz. Nā in gloria ē p̃sentialitas ei⁹ nitatis. In ea ē quies imutabilitatis: in ea q̃q ē imediata contēplatio veritatis. Proinde ibi euacuat pphetia: qz aduenie p̃fectialitas euacuat futuritionē. Cessat lingua: quia aduenīte quiete cessat motus. Scia destruit q̃ est q̃si medium ratio q̃ in p̃nti ꝯiungit scientē ⁊ scitū p medium extraneū qz imediata ꝯiūctio sciētis ad scitū aufert mediū sicut exemplo solis patere pōt Uel si q̃s videt in speculo solem ⁊ postea i suo radio vel in sua rota. p̃ma eius visio est media/ta. scōa vo immediata. Quia igit in futura gloria euacuat futuritio: cessat motus: et tollit intercidens mediū inter intellectū ⁊ veritatem sibi pp̃iā: ꝯuenient dicit pphetie euacuabūt. lingue cessabūt. ⁊ scia destruet. Predicta autē dona euacuari nec in glia pmanere pbat apl's p rōem supositā hac ꝓpositione p scnota. In statu pfectiōis nō pmanet aliq̃d imꝑfectū. igit cū venerit qđ pfectū ē. i. aduenīte glia euacuabit qđ ex pte est: siue qđ imꝑfectū ē: sed cū dona p̃dicta sint ex pte hoc est habēt imꝑfectiōez glorie repugnantē relinquit q mime in glia pmanebūt. Qz aūt dona p̃dicta sint ex pte pfecta ostendit apl's scribens. Ex pte em̃ cognoscim⁹ qz imꝑfecte futura p̃dicim⁹. Vñ Job. xxxvij. Nos quippe inuoluimur tenebris. Et iterum. Sap. ix. Cogitatiōes mortaliū timide: ⁊ incerte puidētie nr̃e. Et. iiij. Reg. iiij. Heliseus ppheta licet esset magn⁹ ignorauit nihilominus mortē filij mulieris sunamitis. Qz aūt aduenīte gloria nō remanebūt ibidem dona imꝑfecta ostendit subdens. Cū autē venerit qđ pfectuz est. i. futura btūdo euacuabit qđ ex pte est. i. qđlibet imꝑfectum: sicut sunt pphetie: lingue ⁊ scientie. Nō sic de charitate: qz licet euacuet eius act⁹ seu actualis ei⁹ imꝑfectio: aduenīte pfectōe patrie: ipa tñ nō euacuabit neq̃ fm actum neq̃ fm habitū. Circa qđ aduertendū est q sunt q̃dā virtutes essentialiter imperfecte sicut fides ⁊ spes: que sunt de his que nō videntur. Quis em̃ credit vel sperat qđ videt? Ihe si quidem fm essentiā euacuant ibi. Alie accidē/

talit imꝑfecte sunt sic̃ charitati ꝓtigit imꝑfectō quā hz a fide: vt. s. sit de his q̄ videri ñ pñt. Nā de suba dilectōis ē q̄ sit de visis: ⁊ sic non euacuat ꝑm essentiā. Relinquit igit ex p̄dict q̄ ꝑ dicta dona nō ꝑmanebūt in glia sempiterna

Qz plurib⁹ exēplis ꝓbat q̄ dona ñ necessaria ad salutē durāte charitate i glia padisi nō ꝑmanebūt Ca. II.

SEcūdo ꝓbat apl's p̄dicta dona ꝑmanifesta exēpla. ꝓximo exēplo puuli. secūdo exēplo videtis. tertio silitudinē adrem adaptat. ꝓximo pōit exēplū puuli: iusta qō exēplum sumit ratio talis. Sicut se hz status imꝑfectiōis pueri ad ꝑfectiōem viri: ita se habet statꝰ pñtis gr̄e ad statū future gl̄e. ꝑ sic est q̄ aduenīēte ꝑfectiōe virili euacuat imꝑfectio puerilis. Relinquit igit q̄ aduenīente ꝑfectione glorie: euacuabitur status pñtis gratie Quapropter cum in p̄dictis donis gr̄e imperfectio sit: relinquit q̄ in gloria euacuāda sunt. Exꝑmit aūt puerilē imꝑfectōez q̄tum ad tria: ꝓximo q̄tū ad loq̄lā. scdo q̄tū ad sapiaz. tertio q̄tū ad cognitiōez ꝓximo q̄tū ad loq̄lā. vt ꝓfectio loquele ñdeat imꝑfectiōi doni linguaz Iō dic Cū eēz puul⁹ loq̄bar vt puul⁹. s. ipfecte ⁊ balbuciēdo sic̃ de seipso Hiere. j. attestat dicēs. A a a dñe deus nescio loq̄. qz puer ego sum

Scdo q̄tū ad sapiam: vt imꝑfectio sapie respōdeat dono ꝓphetie Ait. sapiebam vt puul nā puul magꝭ sapiūt frinoia vt poma: q̄ magꝭ virgna. Tertio q̄tū ad cognitōz: vt imꝑfectō cogitatꝰ cor ñdeat scie. Vñ subdit. Cogitabā vt puulus. s. de mimis pñtib⁹. ꝓxime Esa. xxxij. Stultꝰ fatua loquet: ⁊ sequit. Ipe cogitatiōes ꝓcinnabit ad pdendos mites. ꝓxime ps aūt que digna sunt principi cogitabit. In puero nēpe duo sunt: s. imꝑfectio loquele: scdo imꝑfectio scie. Et hz duplicit. ꝓximo noticia diuinoz que ꝑ sapiaz designat. Scdo noticia hūanoz que ꝑ cogitatū signat Imꝑfectio loq̄le: ñdet dono linguaz. Imꝑfectio sapie: diuinoz ñdet ꝓphetie. Imꝑfectio aūt cogitatus: hūanoz sciētie ñdet. Exꝑmit apl's ꝓsequēter euacuatōz puerilis imꝑfectiōis aduenīēte ꝑfectione virili cū subdit. Quando autē factus sū vir scilicet perfecte etatis: euacuaui. id est deposui omnia que erāt paruuli. Unde. j. Corin. xiij. Nolite paruuli esse sensib⁹. quia maledictus puer centū annorum. Esa. vlti. Sic igit ex emplo puuli ꝓbat euacuatiōem ꝓdictorum.

Secundo ꝓbat hoc idem exemplo videtis rem ꝑ imaginē siue ꝑ speculuz in enigmate Ad hoc autem sumit ratio talis. Sicut se habet visio rei per speculū ⁊ enigma ad visionem que ē facie ad faciem: ita se habet visio dei siue cognitio per p̄dicta dona ꝓphetie ⁊ scientie ad visionem glorie. Sed veniente visione que erit facie ad faciem. euacuabit visio que est per speculum ⁊ enigmata. Veniente visione glorie euacuabuntur p̄dicta dona: Et hoc est quod dicit Videmus nunc. quasi dicat. ꝓsens cognitō dei quā ꝑ dona p̄dicta habem⁹ est tanq̄ visio que per speculū est ⁊ in enigmate. id est. ꝑ imaginē rei in obscuritate. Videmus nūc aliquas creaturas in quibus aliqua dei similitudo. ⁊ hz satis obscure ⁊ ideo in enigmate. id ē ꝑ obscurā allegoriā. Vñ obscurus sermo ⁊ quasi mirandus sit enigma: verbi gratia ꝑm Alex. de hal. Patrē pgenies occidit matris in aluo? Quaz mater genuit gñauit filia mr̄em. ꝓxime q̄a sub nomine speculi imaginē significat. ita noie enigmatis similitudinez: q̄uis obscurā. Recte igit noie similitudines noiate sunt: que valent ad deū intelligendū. Distinguere etiā possum⁹ hoc modo vt speculū referam⁹ ad creaturā rōnabilē: enigma vo ad creaturā irrōnabilē. Ipsa enim creatura rationalis que ad imaginē dei est ⁊ capax dei seu sapie eius: est tanq̄ speculū quoddam ad videndum deū. Creatura vo irrationalis que non est ad imaginem dei sed tm̄ est vestigium quoddā ad cognoscendum deū: vt enigma id est. allegoria obscura seu similitudo ad rep̄sentandū deū. Quia vero imago dei in nobis est ꝑm partez intellectiuā qua vtimur vt speculo ad cognoscendū deum. ideo dicitur Videmus nunc per speculum. Quia vo creature irrationales extra nos sunt in quibus ꝑcipimus aliquod vestigiū diuinitatis. ideo dicitur veri⁹ in enigmate: nonꝑ enigma. sicut dicebat verius ꝑ speculū non in speculo: tūc autez facie ad faciem: quia videbimus eū sicuti est vt dicit. j. Jo. iij. Facies eiñ dei sua noticia ē. Videbimus igitur eū facie ad faciez. id ē cognitōe ad cognitionē. Si aūt obijciat q̄ paulus vidit eum facie ad faciem sicut ipse testatur. ij. Coz. xij. dicendum est. q̄ tunc apl's ꝓprie nō erat viator: cum tūc non haberet sensuū vsum. Vel dici pōt q̄ talis visio dei non fuit ꝑmansiua. sed transitoria. Tertio autē adaptat apl's similitudinē ad rem. ⁊ est sensus: Sicut puer cognoscit in parte ⁊ sicut videns ꝑ speculum in enigmate ita etiā nunc cognitō ex parte id est obscure ⁊ imꝑfecte. Unde. j. Timoth. vj. idē ait. Habitat lucez inaccessibilē. In cui⁹ mysteriū Esa. vj. cherubin duab⁹ alis velabāt faciē suam: et duabus velabāt pedes suos. Tunc aūt in gloria scz cognoscā sicut ⁊ cognit⁹ sum Hoc est clare ⁊ perfecte sicut vir cognoscit opationem sui paruuli: ⁊ sicut videns facie ad faciem opationē sicut ꝑ speculum intuentis. Notanter autez dicit sicut ⁊ cognitus sum. s. a deo non q: sicut

dicat equalitatem cognitiõis nr̃e ad diuinaz in gloria: sed similitudinẽ quandã: Et sic dñs certitudinaliť ⁊ pñtialiť sine medio cognoscit me ita siñiter pñtialiť ⁊ certitudinaliť cognoscemus eũ. Certitudinaliť aũt dico. vt excludať cognitio puuli q̃ ñ ẽ certa. Pñtialiť aũt dico. vt excludať cognitio videtis p speculũ q̃ ẽ p mediũ remotũ. Unde Joh. iij. ait. Scim⁹ qm̃ cum apparuerit similes ei erim⁹: qm̃ videbim⁹ eũ sicuti ẽ. Sic igiť oñdit apl'us dona ꝑter necessaria ad salutem in gloria sempiterna euacuari.

Q̃ dona etiã necessaria ad salutẽ p manẽte charitate cessabũt in gl'ia paradisi Ca. iij

Tertio aũt oñdit apl'us q̃ in gl'ia nõ pmanebũt dona etiã neccia ad salutẽ ꝓeter charitatẽ. Uñ ỹtus rõnis talis ẽ. Hic in pñti statu gr̃e manẽt. s. fides spes ⁊ charitas ꝫ in futura gloria nulla nisi sola charitas pmanebit. Relinquiť igiť q̃ maior his ẽ charitas. Prima ꝓpositionẽ exp̃mit cũ dicit: Nũc autẽ manẽt fides spes charitas tria ħ. Hinc aũt tria que idẽ tãgit. j. Timo. j. dicẽs. Finis p̃cepti est charitas de corde puro. q̃tũ ad charitatẽ. conscia bona q̃tũ ad spem: ⁊ fide nõ ficta q̃tum ad fidẽ. Hec q̃dẽ virtutes mirabiliť ꝓiunguntť ⁊ annectunť. q̃ veraciť nõ possum⁹ credere nisi promissa sperem⁹. nec promissa sperare poterimus si deficit fides firma: nec aderit fructus spei: nec firmitas fidei nisi adsit pfecta charitas christi q̃ ad fidẽ adiuuet ⁊ spem in expectatiõe corroboret ⁊ ꝓfortet. Q̃z in futuro regno nõ pmanet fides nec spes sed sola charitas pseuerat. Hec ei suponit apl's ꝑ euidẽti. Nã cũ fidei sit credere q̃ nõ videt. spei expectare q̃ nõ hz̃. charitaꝫ ỹo diligere q̃ iã hz̃ cũ in futuro iã clare videatur de⁹ ⁊ certitudinaliť habeať: relinquiť q̃ ñ remanebit fides neq̃ spes sed tm̃ charitas pdurabit. Ex quo apl's subdit Maior aũt est charitas Glo. Que. s. in decedẽtib⁹ pmanebit augmẽtata nõ euacuata. Et q̃ charitas maior est monet petrus. j. Pe. iiij. illã ante alias ỹtutes hr̃e dicẽs. Ante oĩa aũt ꝓtinuã in vobismetipsis mutuã charitatẽ hñtes. Et Col. iij. vinculum pfectiõis denoiať. Nã cetere ỹtutes q̃si sũt fessio vehiculũ. q̃si vianti viaticũ: q̃si lucerna caligãtib⁹. q̃si arma pugnãtib⁹. Ipa ỹo charitas ẽ reqes fessio. viatori mãsio: lux plena ꝑueniẽti pfecta corona viatori ħ p gr̃am i futuro p gl'iaz quã nob largiri dign̄eť q̃ ẽ bñdict⁹ i se. se. Amẽ

Feria. iij. post dñicã i quinq̃gesima de excellentia diuini amoris.

Sermo. iij

Fides spes chari

tas tria ħ: maior autẽ hoꝝ ẽ charitas. j. Cor. xiij. Jã ad ꝓsideratõez excellẽtissime charitatis iuxta ꝓordinata trãsferam⁹ sermonẽ. Ad dicẽdoꝝ tm̃ intelligentiã notandũ est. q̃ ꝑm doctores differẽtia est inter ħ tria. charitatẽ: amorẽ ⁊ dilectiõem. Nam charitas ẽ vniuersalis virtus inq̃tũ est oĩm aliaꝝ virtutũ forma: ⁊ ẽ virtus pticularis ⁊ impatrix cunctaꝝ virtutũ cuilibet virtuti impans. q̃ sibi placita sunt operari. Amor ẽ habit⁹ pticularis in q̃ realiter reqescit. Dilectio ẽ amor ꝓmi vt dicať dilectio q̃si duoꝝ ligatio Sociat enim amantẽ amato in amore vt. s. mutuo se diligãt. Uel aliter ỹ q̃ deum amam⁹ ꝓpter se. diligimus eũ sup omia. ꝫ charitas vtrũq̃ complectiť. Q̃z q̃ de latitudine charitatis ẽ sermo. iõ large, mõ loq̃mur ꝑm ꝓsuetudinẽ sctoꝝ: sumam⁹ charitatẽ amoreꝫ ⁊ dilectõez ꝑ eodẽ in toto pñti tractatu: ⁊ ad ꝓsens de excellẽtia charitatis fit sermo. sicut innuit apl'us in ꝓallegato verbo dicẽs. Fides spes charitas tria hec vt. s. Fides. s. in rõnali quasi fundamentũ: spes in irascibili q̃si incremẽtum. charitas in ꝓcupiscibili q̃si cõplementũ. tria ħ pauca quidẽ sed necessaria ad salutẽ: sed maior hoꝝ ẽ charitas: ꝑma. i. fides tanq̃ splendor ignis. scda. i. spes tanq̃ flãma ignis. tertia. i. charitas est ipsemet ignis. Jtẽ. xij. sunt excellentie charitatis seu diuini amoris. Prima dicit naturalitas. scda delectabilitas. tertia necessitas. q̃rta ꝓformitas. Addãť q̃ alie q̃ttuor. Prima dicit formositas. scda regalitas. tertia insupabilitas. q̃rta remunerabilitas. Supaddantur alia q̃ttuor. Prima dicitur insatiabilitas. scda fructuositas. tertia leuitas. q̃rta durabilitas

Articulus p̃im⁹ in q̃ ostẽdunť p̃ime q̃ttuor excellentie diuini amoris. Prima excellẽtia ẽ q̃ nulla virt⁹ naturalior ẽi mẽte q̃ amor dei. Ca. i

Prima q̃dẽ excellẽtia diuini amoris dicit naturalitas. Nullã aliã q̃dẽ ỹtutez sonat spũsctũs in corde humano sic illi ꝓnaturalẽ. sicut amorẽ ⁊ charitatẽ. Q̃ q̃dem patere põt: si recta aiadũsiõe pensem⁹ q̃d ẽ deus. Uñ. j. Joh. iiij. Deus charitas ẽ. s. increata infinita ⁊ imortaľ. Ab hac igiť charitate ꝓcedit q̃dã purus ⁊ infinit⁹ act⁹ amoris. Cũ igitur deus creauit aiam ad imaginẽ ⁊ silitudinez suã. creauit illã. s. ad imaginẽ charitaꝫ ⁊ silitudinẽ. s. infiniti actus amoris sui. Cum aũt rõnalis aia ꝑuenit ad ipi⁹ rõnis libez vsum: hz̃ quidẽ ex ꝓprio esse q̃ndã aptitudinẽ ad amandum sine q̃ aliq̃ mõ eẽ nõ põt Necesse est eñ illi diligere aut bonũ incõmutabile q̃d ẽ deus: aut bonũ cõmutabile q̃d mũdus ẽ. ipa ꝑ libertatẽ arbitrij in medio cõstituta est. Hec aũt aptitudo

ad diligendū est i aia est imago dei. Ab hac ät aptitudine q̄dā plixus veloxq; actus amoris p quē similitudo infiniti act⁹ diuini amoris clarius demonstrat: Restat igit̄ q; ita est aie a natura charitas ipa q; nulla virt⁹ ita gñalis ē siue nature sicut ipa: qđ t ipa exp̄ssio nature demōstrat. Quare aūt hō naturalit̄ inclinat̄ diligere vitā sciam delectatiōem pacē felicitatē oēq; bonū: nisi q; de⁹ amor ē vera vita vera scia delectatio infinita t pax supans omē bonū q; ab eo cuncta bona p̄cedunt.

De suauitate t dulcedine diuini amoris. Ca. II.

Secūda excellētia charitatis q̄ ipa ceteras supat virtutes: ē suauitas seu delectabilitas. Nulla eñ alia virt⁹ tantam delectatiōem t ꝓplacentiā in hñte expiri facit sicut ista ꝟtus amoris. Non solū aūt facit nos delectari de deo in patria. sed etiā nūc in via: ñ tñ in ipo deo: verūetiā in p̄rimo. t in omibus creaturis. In patria q̄dē delectabimur. Unde ps̄. Delectatiōes in dextera tua vsq; in finē: i. sine fine. Et Job. xxij. tūc suū oipotentē delitijs affluēs. In via q̄s exp̄mere sufficit q̄t dulcedines t suauitates a sanis gustib⁹ sentiunt̄ in eo est eñ suauissimū māna qđ ꝑm diūsas mētes dispōnes t stat⁹ diūsimode gustui aie sapit: sicut ps̄. q̄ b̄ p̄bauerat hortat̄ dicēs. Delectare i domino t ipe dabit tibi petitōes cordis tui: Ipse q̄ sermo de amore fauoris mentis dulcedie replet. Unde ps̄. q̄ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua sup mel ori meo. i. super oēm mundanā delectatiōem. q; gustato spū desipit ois caro. Uñ Cañ. viij. Si dederit hō oēm substā dom⁹ sue p dilectiōe. q̄si nihil despiciet eā. Ideo iubilando ait Bern̄. ad xp̄m. Quē tuus amor inebriat nouit q̄d iesus sapiat. felix t vere felix gustus quē satiat! In p̄rimo q̄ delectabilissimū ē Uñ ps̄. Ecce q̄ bonū t q̄ iocūdū habitare t̄c. In oibus etiā creaturis tanto p̄pter deum delectatio abūdantior ē q̄to mens ardētiori amore inflāmat̄ in eū. Nā oia q̄ sunt dilecti a diligente amant̄: cum in pulchritudine t dulcedine creature videat t gustet dulcedinē creatoris. Unō Sap̄. xiij. A magnitudine eñ spēi t creature cognoscibilit̄ poterit creator hoz videri. sicut exemplo beati francisci in sua legēda claret.

Q; nihil magis necessariū est anie q̄ amor dei. Capitulū. III.

Certia q̄ sup ceteras virtutes charitatis eminētia ē necessitas: q; absq; ea nō ꝓsistit aie vita nec cetere virtutes vita viuūt teste ipo amore q̄ Jo. xiij. ait. Ego sum via veritas t vita nec cetere virtutes vita viuūt. Uñ ad hūc amorem querendū t vitā hor tat̄ p̄p̄ha dicens. Querite dñm. i. amorē t viuet aia vr̄a. Quare idem alibi dicit. Uitā id est charitatē petijt a te t tribuisti ei longitudinē in seculū seculi. Et alibi gaudent̄ inquit. Et ania mea illi viuet. i. p̄pter amorē viuet. vñ Eccl. t xliij. de se amor ait. In me ois grā vie et veritatis. In me ois spes vite t ꝟtutis. Non solum autē sine ea non est vita gratie: sed nec etiā vita gl̄e: imo qđ ḡui⁹ ē absq; amore ab hoie incurrit omne malū. s. eternā damnationē. que quidem in se includit mala acerbissima q̄tū ad lesionē. t mirabilia saltē nobis q̄tū ad multitudinē: et interlimiabilia q̄tum ad durationem.

Q̄tum deo cōformat aiam diuina amor. Ca. IIII.

Quarta amoris eminētia ē ꝓformitas. Nā q; supra oēs ꝟtutes aiaz deo ꝓformat: q; vt dictū ē ds charitas ē xp̄s caritatē meli⁹ q̄ p aliā ꝟtutē tanq; p deo ꝓsiliore aīa ꝓformit̄ trāsformat̄ in deū: cū oē sile pl⁹ cōsili q̄ cū min⁹ sili ꝓformet̄: Cū eñ tā de⁹ dilexit nos q̄d restat nisi vt nos etiā diligam⁹ eū? Et sic fiet aia deo ꝓformis iuxta illud Ego dixi dij estis. s. p ꝓformitatē t filij excelsi oēs q; dilexerit prius nos. j. Jo. iiij. Diligamus deū qm̄ ipse p̄ior dilexit nos. Quē si dilexerim⁹ de⁹ erit in nobis et nos in deo. Et Math. vj. dñs ait. Ubi thesaurus tuus ibi t cor tuū Jtē. j. Cor. vj. Qui adheret deo spūs est vnus. Et cōiter ds. Amicus est alter ego. Exp̄mētalit̄ sentim⁹ in nobis q; vis p̄cipue amoris ardētis totaliter ad hoc nitit̄ inhiat et gestit: t nō solum sit intimus ip̄ius amati. sed etiā sit q̄dāmodo ipsuz amatum. Quare q̄dem in dei amore in tm̄ excedit q; incompabiliter p̄diligit deus dilect⁹: q̄ mens ip̄m amans seipsam diligat. imo suiip̄i⁹ obliuiscat̄: t sibiip̄i quasi ānihilat̄ p̄ amore dilecti sicut saltē in etna gloria habz esse licet i vita hac non sit ad plenū.

Articulus. ij. de q̄ttuor secūdis excellentijs amoris dei. Et p̄mo de pulchritudine qua induit animaz diuin⁹ amor. Cap̄. I.

Prima amoris excellētia cūctas superās ꝟtutes ē formositas Qui eñ deo p amorē ꝓformis ē quō nō in aia tūc formosus erit cū sit i eo sil̄itudo dei? Nā ꝑm alex. de hal̄. t Nicol. de ly. imago dei in aia ꝓsistit i naturalib⁹ ꝑ ꝑpetatib⁹ t potētijs eius. sil̄itudo vo in gtuitis. hoc ē in virtutibus diuina charitate t diuina dilectiōe. licet aūt aia cūctas habeat ꝟtutes si charitate p̄uat̄ deformis ē. Unde. j. Cor. xiij. Et si distribuero i cibos pauperum omēs facultates meas. et si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē autem non ha

buero nihil mihi ꝓdest. Est eñ charitas aime pulchꝛitudo sicut ignis pulchꝛitudo carbonis q̃ cũ ẽ ignitus splẽdidus ẽ pulcherrim⁹ igniq̃ similim⁹ est Uñ ps̃. Decoꝛẽ induisti amictus lumie sicut vestimẽto. Loquit de spũ in deia/ moꝛẽ feruẽti: Si aũt ipe carbo extinct⁹ est ob/ scurã nigredinẽ habet. sic etiã aia diuino amo/ re extincta in charitatis igne ꝓiuata tetram ni gredinẽ induit. Uñ Thꝛen. iiij. Denigrata est sup carbones facies eoꝛ. Insup Aug⁹. Qual' est dilectio hois talis ẽ hõ: si terrã diligis terra es: si celũ celũ es. si aũt diligis deũ ñ audeo di cere q̃ de⁹ sis Sed audi ꝓpham dicentẽ. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omnes.

Qꝛ rex oim virtutum est amoꝛ dei. Cap̃. II

Secũda excellẽtia charitatis ẽ regalitas seu impiosita. Uñ ꝟm Richar. Cha/ ritas est regina vtutũ. Etiã põt dici vtutũ impatrix qꝛ ipa impat oib⁹ alijs virtutib⁹ vt. s. dictũ ẽ. Circa qõ sciendũ ẽ q̃ si cut actus ꝓpꝛius fidei quẽ elicit credẽ est et sic de vtutib⁹ cũctis. q̃libet eñ virtus vnicũ solũ actũ hz quẽ elicit: ita ꝓpꝛi⁹ charitatis act⁹ quẽ elicit ẽ diligere deũ ⁊ ꝓximũ nulluſq̃ ab ea ali⁹ elicit Attñ charitas hãc supeminẽtiã hz supꝛa oẽs alias vtutes q̃ q̃uis earũ ꝓpꝛios actus ñ eliciat. eliciunt eñ ab habitib⁹ ꝓpꝛijs eos tam impat. ⁊ ideo ipa meritoꝛios reddit. vnõ ⁊ suo mõ eliciat patie act⁹ benignitat ⁊ lõganimita/ tis ꝓudẽtie aliaq̃ vtutũ: tñ alios impat ⁊ a ꝓpꝛijs habitib⁹ elicere facit. Uñ. j. Coꝛ. xiij. Charitas patiẽs est benigna ẽ. Et ibi clare no tat apl's q̃ cũ charitate sunt simul alie vtutes ⁊ dona. Qõ patet: qꝛ ꝓ ipam oẽs actus vtuo/ si vel eliciunt vel ab ipa virtualit impant. Ha bent eñ cũcte vtutes annexitatẽ in charitate. Nam vbi charitas est ibi ẽ patia ⁊ benignitas ⁊ sic de alijs virtutib⁹ oibus Joõ de chacitate ps̃ ait. Astitit regina a dextris tuis ⁊c. Uñ sal uatoꝛ ait Mat. xxij. In his duob⁹ p̃cept⁹ cha ritatis tota lex pendet. ⁊ ꝓphete Et. j. Timo. j Finis p̃cepti est charitas.

Qꝛ insupabilis est vndiq̃ dei amoꝛ Capitulum. III

Tertia etiam charitatis excellentia sup cũctas vritutes ẽ insupabilitas O dei charitas potẽs vtiq̃ ⁊ mag̃ virtus q̃ vocas ea que nõ sunt tãq̃ ea q̃ sunt q̃ insupabi/ lis ꝓseuerãs supas vniuſa Sola eñ charitas ẽ q̃ i aduerſ ñ deficit. qꝛ patiẽs ẽ. quã iniuria nõ repphẽdit. qꝛ benigna ẽ. quã felicitas aliena nõ cruciat qꝛ nõ emulat: quã ꝓscia mala nõ pũgit qꝛ nõ agit ꝓperã. que honoꝛe nõ extollit qꝛ nõ inflatur. que p̃sen nitit quia nõ est ambitio sa quã cupiditas non coartat qꝛ nõ querit que sua sunt. quã iniuria nõ ꝓuocat qꝛ nõ irritatur quã sinistre suditiões nõ fedant qꝛ nõ cogitat malũ. quã aliena mala nõ letificãt qꝛ nõ gaudz sup iniq̃tate. quã errores nõ excecãt qꝛ congau det veritati. quã ꝓsecutiões nõ frangunt qꝛ oia suffert. quã pusillanimitas nõ ꝓfundit qꝛ oia su stinet: quã pfidia nõ indurat qꝛ oia credit: et si non oibus credat. quã desperatio nõ absoꝛbet qꝛ oia sperat. q̃ morte non vincit qꝛ foꝛtis ẽ vt vt moꝛs dilectio. imo mortẽ moꝛi coegit i moꝛ/ tẽ nr̃i amãtissimi redẽptoꝛis. O insupabil cha/ ritatis amoꝛ. q̃ insupabilẽ supasti ⁊ cui oia sub iecta sunt oibus q̃dãmodo subiecisti: dũ victus amoꝛe de⁹ hũiliauit semetipm formã serui acci piens inuent⁹ nõ solũmodo vt hõ sed obꝓbꝛi um hoim ⁊ abiectio plebis. Ꝓpter aũt nimi am charitatẽ suã qua dilexit nos ꝓtinere nõ po tuit in ira sua mias suas q̃ min⁹ dilectã aiaz suã inimicis ꝓ amicis suis vt moꝛtis terꝛoꝛẽ piter tolleret ab amicis ⁊ vigoꝛem ꝓferret ⁊ si cõtra deũ foꝛtis fuit tãtomagis ꝓtra hoiem ꝓualebit Hinc ex tũc illa fideliũ intrepida ꝓstantia cor/ dis q̃ suplicia ꝓtemnẽtes ⁊ mortẽ supeditan/ tes leti p media ⁊ fauces moꝛtis ad patriam re/ uertunt: moꝛiẽtes exultãt ⁊ moꝛti insultantes dicũt. Ubi ẽ moꝛs stimulus sed iubilus dũ per mediũ lacũ letũq̃ exitũ a miseria iter pãdis ad regna. Insup vis vehemẽtis amoꝛis rõe ñ cõ/ pescit: qꝛ teste apl'o supeminẽs est scie charita/ tis. Maiestate nõ terret: qꝛ foꝛas mittit vt di/ cit. j. Joh. iiij. Miseriꝛs nõ comꝓmũt: qꝛ vt dicit apl's in infirmitate pficit. Ꝓꝛsus virt⁹ charitatis omnipotẽs est que ipas miserias fa cit potẽtes dũ ꝓuertit in adiutoꝛiũ que parate sunt ad nocendũ qua suffulti milites chr̃isti im/ pauidi certant certi de victoꝛia: medijs piclis incedunt tutissimi: nec demões nec hoies metu entes sed securus quisq̃ inter frendentium vn/ diq̃ hostium fulgurantes hastas ⁊ volitantia spicula cũ charitate doꝛmitat: quia sola potẽs est vt dicit apl's Ignita nequissimitela extin/ guere Deniq̃ multitudinẽ pcõꝛ opit ⁊ oꝓꝛi/ mit ⁊ temptatõibus muscis moꝛiẽtibus ꝓꝛeua lebit. Maioꝛis potentie est erectuꝛ hostẽ deij/ cere: q̃ conantem exprimere. Charitatis au/ tem est temptationes non repꝛimere ne insur/ gãt: sed cũ surrexerint sternere ne ꝓcedãt. Tan te nempe foꝛtitudis est charitas vt ipam oipo/ tentiã q̃dãmodo impotentẽ reddat. Nõne hec est que Exo. xxxij. in moyse diuine iusticie ⁊po tentie obstans ꝓualuit in foꝛtitudine ꝓtra de um: dimitte, iquit me vt iraſcat furoꝛ me⁹ sup populũ istum. Audis dimitte: ⁊ deum ꝓfecto teneri non dubites. Nec aliũde q̃ amoꝛis foꝛti tudine. Queris cui⁹? Illius vtiq̃ serui fidelis

qui corde tã puro tam feruido alebat ad dñm: Ne queso dicãt egyptij callide eduxit eos ꝺ terra egypti vt interficeret in montib⁹ .nec posset introducere in terrã quã ꝓmiserat ꝓ qua iurauerat ꝑribus suis. Sed cui nancꝫ cessit potentia cessit iusticia: vt charitas de corde feruido ñ tã rogabat ꝫ deũ vrgebat. Sola ei charitas est q deuz tenẽ põt Vlis amoris ẽ q̃ teneri nõ solũ se patiẽ: sed qñ nõ tenet pie ꝙquerit ꝓ ꝓpheta Ezechi. xxij. ait. Quesiui de eis vir q̃ interponeret se sepẽ ⁊ staret oppositꝰ ꝙtra me: ꝓpterea ne dissiparẽ eã ⁊ nõ inueni. O imensa benignitas dei que querit q̃ se sibi opponat irato: cuius pfecto ꝓpriũ ẽ misereri ⁊ pegrinũ vlcisci. Charitas igit extentã manuz dei ne feriat sua fortitudine ꝙtinet. sathanaz suis pedib⁹ ꝙterit ⁊ sup inimicoꝝ capita carbones ꝙgerit. potẽs nõ solũ aduersus carnẽ ⁊ sanguinẽ: ꝫ aduersus ꝓncipat⁹ ⁊ ptãtes tenebraꝝ hanc ꝙtra spũalia nequitie in celestibus: in ꝓsperis fortis sed fortior in adũsis Solus eñ christi amor qui pure ⁊ magnimit ridẽtis ⁊ irridẽtis fortitudine blandicias spnit ⁊ toto corde ꝙspernit sapidiori dulcedine delectat⁹: cui⁹ respectu omis dulcedo amara ẽ ois iocũditas meroꝝ ẽ: oẽ pulcꝝ fedum omne etiã suaue molestum est ⁊c.

Q sola seruicia que ex amore ꝓcedunt deo sunt grata: ⁊ remuneratiõe sunt digna. Ca. IIII.

Quarta excellẽtia est remunerabilitas. Omẽ eñ obsequiũ qđ deo summo impendit: aut impendit ei ex vero amore recto ⁊ puro q̃ ẽ gratuitus: aut impendit ei ex timore reuerẽtie. ſ. vel offense: aut ex timore pene: aut ex pudore: aut ex spe venie vel gre: aut ex spe remũerationis. Ex si ex amore. credit igit esse bonũ qui ei hoc impendit. Nulli eñ impendit rectus amor ⁊ purus ab aliquo nec credit illũ esse bonũ ⁊ merito bonitatis sue hui⁹ amorem esse dignũ. Seruiciũ autem ⁊ cultus q̃ intuitu solo bonitatis ipius eidem impenduntur sinceriſſimi ⁊ rectiſſimi sunt: ⁊ in eis ꝑcipuus ⁊ rectiſſim⁹ ẽ amor. Amor inꝫ act⁹ amor eñ habit⁹ siue virtus non ꝓprie seruitiũ: sed magis seruitus licet spõtanea ⁊ iocundat ideo libera dicenda ẽ. Arma eñ armoꝝ non dicim⁹ seruiciũ ex quo quecũꝫ ꝓcedunt seruicia sola gratuita sunt. i. gratis impensa ⁊ ꝓpter sola illa sunt dona ⁊ mũera q̃re solo merito remũeratõe digna. Et qđ ampli⁹ ẽ i eis solũ locũ habet remuneratio qñ remuneratio nancꝫ ꝺz muneris seu muneratiõis. Remuneratio eñ est reflexa seu reciproca in remuneratiõe seu ꝑdonatiõe remuneratio. Qui eñ non gratis sed ex necessitate q̃cũ qꝫ seruit ex tiore siue ex pudore siue ex spe mercedis siue expacto siue ex q̃cũꝫ alio debito: ñ ꝓpe remũeratiõe dicẽdus ẽ dignus: ꝫ magis ei pciũ ope siue elocate reddẽdus est.

Articul⁹. iij. de quattuoꝝ excellentijs diuini amoris. Et primo qꝫ insatiabilis est amor dei. Ca. I.

Prima excellẽtia amoris est insatiabilitas. Ultra nãꝫ oẽs virtutes insatiabilis ẽ amor dei Nõ eñ satiari põt desiderio q̃ nõ nisi desiderare ꝙcupiscit. sicut in persona talis aie ait ps. Cõcupiuit aia mea desiderare iustificatões tuas i oi tpe. Fames ei aie desideriũ ẽ. Habet etẽ qꝫ aia deũ amãs nõ satiat amore qz ꝺs amoz ẽ: quẽ q̃ amat amoreꝫ amat. Amare aũt amoꝛẽ circul⁹ facit vt nullus debeat esse finis vel mẽsura amoris. Itaqꝫ ꝫ insatiabilitas oia vorat qz ex copia facit inopiã dũ ex ꝑgustatis delitijs dei ampli⁹ in desideriꝭ inardescit: qz ⁊ si denẽ ad plenitudinẽ nũꝫ ad satietatẽ. vñ Eccl. xxiiij. Qui edunt me adhuc esuriẽt. O imẽsa charitas ⁊ pietas dulcedinis dei cũ te amare edere sit. quõ te amãtẽ sic reficis vt magis esuriãt cũ repleti fuerint nisi qz tu charitas infinita simul cib⁹ es ⁊ esuries? Qui te non gustat prorsus te esurire nescit. ad ꝫ eñ cibas vt esurire facias. Vñ Lu. j. ait maria. Esurientes impleuit bonis Nolo ãmodo queras q̃ sint bona charitatis cũ illa pfecto existimẽ de q̃busꝭ. Lozꝛ. ij. Oculus non vidit absq̃ te deus. nec auris audiuit nec in coꝛ homis ascendit que ꝑparauit de⁹ diligẽtib⁹ se. Et idem Esa. lxiiij. Audis diligẽtib⁹ prepata vt dilectiõis bona non ambigas. In hac eñ reposita sunt eternitatis delitie rõnis suauitatis celestis paradisi. In hac sunt pax patiẽtia longanimitas gaudium cum spũsancto. In hac deniqꝫ ẽ quicquid iocundũ mẽti ꝙcipi potest ⁊ vltra infinitũ. Hoc inqꝫ dulcissime amor ꝑpasti diligẽtib⁹ te sed absq̃ timẽtib⁹ te donec iuxta illud. ſ. Joh. iij. Charitas foras mittit timorẽ velantẽ vt videre possit q̃ magꝫ sit m̃titudo dulcedis tue q̃ ⁊ si repleat nunq̃ tñ satiat. Nõ audeo dicere illos si qui sũt scda stola vestitos. Objcis forte illd ps. Satiabor cũ aparuerit gl̃ia tua: ⁊ illud ps. Exadi pe frumẽti satiat te. Sed satietatẽ desiderij abũdantiã tibi notari noueris nõ desiderij finẽ. Finis nancꝫ desiderij sacietas est. Qui ꝺo semp esuriũt patz q̃ satiati nõ sunt. Sed vere btã esuries que solum esurit qđ habet ⁊ solũ habz qđ esurit. Ex iam dictis psuasuz volum⁹ q̃ dulcedine diuini amoris in futuro nõ poterim⁹ satiari nec etiã in pñti repleri. De hac impossibilitate sp sit nob solatiũ nullũ hre solatiũ. Patiẽtiam quidẽ mihi ⁊ vobis oibus opto. sed impatientes nos eẽ in hoc magis exopto

Q fructuosum est diligere deum. Capitulum. II.

Secũda excellẽtia est fructuositas. Fructificat eñ homi bona tpalia spũalia et eternalia. Tpalia. vnde ꝓuerb. iij. Honora deũ de tua suba ⁊ de ꝑmitijs oim frugũ tuaꝝ: ⁊ replebunt horrea tua saturitate et torcularia tua vino redũdabũt. Et. xj. c. ait idẽ Alij diuidunt ꝓpria ⁊ ditiores fiunt. Secõ fructificat bona spũalia. Nã qui habet charitatẽ oẽs vtutes habet. Cũ eñ charitas sit vltima inter virtutes morales ⁊ theologicas q̃ prius sunt morales scz prudẽtia iusticia fortitudo ⁊ tpantia: deinde theologice vicz fides spes et charitas. Uñ. j. Cor. xiij. Maior aũt horũ ẽ charitas. Sic q̃ habet charitatẽ habz oẽs vtutes p̃cedẽtes: sicut q̃ habet centũ habet decẽ vl viginti ⁊ nõ ecõtra eodẽ mõ hñs charitatẽ habet oẽs virtutes q̃s q̃ possidet oia dona spũalia tenet. Tercio fructificat eternalia dona. Nã qlibet opus ex charitate factũ eterni regni meritoriũ est. O quotiẽs possem⁹ lucrari eẽ nũ regnũ si dilexerim⁹ frẽs. Jõ ad opa charitatis. i. Cor. xvj. hortat apls dicens. Oia opa vra in charitate fiant. Jus es qõ nõ minus est charitas oia bona opa sua facit sicut de se testatur ps̃. dicẽs. Particeps ego sũ oim timentiuꝝ te ⁊ custodientiũ mãdata tua. Uñ Aug⁹. Pẽsent inuidi q̃tũ bonũ est charitas q̃ sine labore nro aliena bona facit nra. Ex dictis ptz q̃ q̃ habet charitatẽ hz deuz ⁊ oia que in ipso sunt O charitas magna ⁊ incõpabil⁹ thesaur⁹ vi i agro cordis abscõdit⁹: p q̃ emẽda vniũsa vendenda sunt sic ait dñs Math. xiij. O diues charitas cũ q̃ ois diues sine q̃ nemo diues: qz q̃ ñ hz caritatẽ nihil hz. O argumẽtatoria charitas multe filie congregauerunt diuitias: tu aũt supgressa es vniuersas. vt dr in fine ꝓuer.

Q leuis ars ẽ diligere deũ Ca. III

Tertia excellẽtia charitatis est leuitas. Nihil leui⁹ q̃ diligere. Qui diligit nõ laborat nihil ꝓstat vectura mercantie amoris: imo amor soluit omẽs expensas vecture cũctaꝝ mercantiũ atq̃ laboꝝ. O q̃ leuis amor qui cuncta leuia reddit. Miraris quõ sit tã leuis mercãtia amoris? Cõsidera q̃s eã portat. Uolũtas nẽpe ipa libera ẽ ipa diligere põt sola cũ amore sata est: forinseco adiutorio ab amore nõ eget: absq̃ alteri⁹ opis admiculo exerceri põt. Si eñ ad diligẽdũ diuitijs opus eẽt: iustã tũc excusatõez haberẽt paupes. Si scientia necessaria foret: excusari tunc possent ignorãtes a seruitijs se excusarent simplices a laboribus imbecilles. Sola eñ libera volũtate impleri põt mandatũ amoris. Infra nos ẽ qõ ad illud seruandũ necessarium est. Uñ ꝑcipit dñs Deut. vj. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ ex tota ania tua ⁊ ex tota fortitudine tua. Uñ Luce. x. additũ est ⁊ ex tota mente tua vt cor referat ad intentionẽ: mẽs ad cognitõem. aia aũt ad affectionẽ: cũ facultas adsit: qua deficiẽte: supplet quidẽ volũtas bõa. Uides quõ oia h̃ necessaria ad amorẽ intra nos sunt Non igit̃ necessario eget vt diligas fulcare maria: ⁊ ꝑcelsas ꝓfringere vndas vel sepulchra dñi cũ petas non linigas transmeare oras vel syna montis cacumia scandas. Non limina petri q̃rens italicas ꝑtrãsire patrias. nec montiũ ascẽdere rupes vt iacobi extrema ꝑquiras. Intra te volũtas hanc q̃ritat amor hanc vocat dñs. Cañ. v. Aperi mihi soror mea amica mea. ẽ eñ volũtas amica amoris q̃ p ꝓsensum volũtatis apit ipi amori hãc etiam pulsat Apoc. iij. Ego sto ad ostiũ volũtatis. s. dicit amor ⁊ pulso. s. alliciendo inspirãdo p̃dicãdo arguẽdo increpando castigando. Si q̃s audierit vocẽ meã ⁊ aperuerit mihi. s. p ꝓsensum ianuã voluntatis intrabo ad eũ. s. p gr̃am charitatis. His igit̃ inq̃s intrauerat ipe amor dicebat amor. Lu. xvij. Regnũ dei intra vos est: Ecce q̃ facilis est h̃ ars amandi que solum in volũtate est. Jõ Deut. xxx. dñs ait. Mãdatũ h̃ qõ tibi p̃cipio hodie non sup te est neq̃ ꝓcul positum neq̃ in celo situm sed in te locus dilectionis. Ecce facilitas implẽdi. leuitas amãdi: possibilitas impẽdi seu obseruãdi quã excusationẽ deno diligendo habere poterim⁹ frẽs Jdeo ꝓfidenter ad h̃ portabile pondus hortat dñs Mat. xj. dicẽs. Tollite iugũ meũ super vos. iugũ eñ meũ suaue est ⁊ onus meũ leue ẽ. Onus qõ oia onera leuia facis ⁊ imples mãdata. Uñ ad Ro. xiij. Plenitudo legis dilectio. Tu sola facis scãdere ad superna Cañ. j. Recti diligũt te. Trahe me p⁹ te: curremus in odorẽ vngentoꝝ tuoꝝ. Tu portas infernа potius eñ vere diligẽs deũ vellet esse cũ amore in inferno q̃ sine amore i celo Sm Hugo. de arra spõse. Uñ Cañ. viij. Dura sicut inferus emulatio. Ecce igitur q̃ amor sup oia leuis ẽ: cũ grauissima leuia reddit.

Q inseparabiliter cum deo vnit anmã diuinus amor. Capitulũ. IIII

Quarta excellẽtia amoris ẽ durabilitas. Adeo nempe est amoris glutinum tenax vt non tantũ iũgere q̃ deat vnire. Tripl̃r eñ vnit vinculuꝝ charitatis. tibiliꝑ: ꝓprio ⁊ deo. Pꝛio eñ p amorem vnus efficitur dum intra se recolitur reductisq̃ affectibus a cuuctis locis quibus tenebantur captiui solum vnum incommutabilem amat nec amplius in diuersa mutat. Paritus nempe p amorẽ in plura nunq̃ sibi repit et idem: sed semp sibi dissimilis est: qz totiens

De affectib⁹ inflãmati triplicis amoris.

variari cogit quotiẽs varietatẽ suscipit illõ qõ ab eo amat. qz eñ labẽti innitit necessariũ ẽ vt cũ labẽte labat. Uñ. j. Joh. ij. Trãsit mũdus ⁊ ꝯcupia ei⁹. Et. j. Coz. vij. ℙreterit eñ figura huj⁹ mũdi. Sic q̃ cũ mũdo p affectum currit cũ mũdo in ꝓfundũ ruit ℙroximo eñ p charitatẽ hõ vnit dũ non solũ sine ꝙrela q̃tũ in ipo ẽ oib⁹ studet affici: ℔ etiã oibus successib⁹ coaptari gaudere cũ gaudentib⁹ ⁊ flere cũ flentibus ℔m apl̃m. Infirmari cũ infirmãtib⁹ ⁊ cũ scãdalizatis vri. Uñ Apoc. j. Socius in tribulatiõe et r̃gno. De hac vnitate ait ps̃. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocũdũ ⁊c: vñ Act. iiij. ℳltitudis credẽtiũ erat cor vnũ ⁊ aia vna qñ nec volũtatũ varietas nec actõnũ ꝺ formitas nec marsupioz ꝓpetas aicos diuidebat: ℔ firmiter astrigebat charitas ⁊ facile coherebat vnitas in spũsancto ⁊ in vinculo pacis dei. Heu heu heu ve ve ve mũdo a scandalis. Ue nobis in inferiori seculo dilapsis in quos fines imo feces seculoz deuenerũt tot⁹ mũdus nũc vere in maligno posit⁹ ẽ: omẽs querũt que sua sunt. In ꝟ nẽpe miserabili euo nostro totam christianitatez tanta diuisiõe tot scissuris totq; fracturis dispsam ꝙspicimus vt vix vn⁹ alteri cernatur ꝙuenire in vnũ: nisi forte aduersus christũ eius vbiq; aparent scissure ciuitatis dauid intãtũ q; inbiant vt iam vltimã ruinã oino minent. Fateor ꝟ tedet eẽ exeram⁹ hinc ⁊ ad ꝓpositũ redeam⁹. non eñ de vitijs loqui loco hoc ꝓpositũ ẽ. Tertio deum hoi ⁊ hoiem deo charitas vnit; nõ solũ illa inefabili charitate qua natura nr̃a vnit illi eterno verbo in vnitate ꝓsone: sed etiaz illa de qua ait apl̃s. j. Coz. vj. Qui adheret deo vnus spũs est. ℙrofecto vnitas ꝟ charitas est qua hõ ℔m cor dei totis votis supne ⁊ eterne volũtati ꝓformis vnit deo glutino qõ nõ dissipat ⁊ vinculo qõ nõ disrũpit. In his tñ que sic dico nemo me existimet cũ illis sentire imo desipere q̃ charitatẽ semel habitã asserũt vltra pdi nõ posse q̃ reꝑ ois q̃ habet charitatez pseuerant adheret frustra discipulos suos dñs. Joh. xv. monuisset dicẽs. Manete in dilectione mea. indubitãter ostẽdens charitatem sponte deleri posse nõ violent auferri offert oi aufert nulli vt null⁹ nisi suo vicio illa careat est tamen charitas vinculum perfectionis quo mẽbra artissime sibiinuicem herẽt ⁊ suo capiti p oẽs iũcturas ꝙnectuntur i vnũ coꝛp⁹ in vno pticipio oim bonoz vt fidenter q̃libet dicere valeat cum ps̃. ℙarticeps ego sũ oim timẽtiũ te ⁊ custodientium mãdata tua. De hoc etem dictũ putes Ecc̃s. iiij. Funiculus triplex difficile rumpit. triplex nanq; ꝺz quia vt p̃fat⁹ sũ tripl̃r ligat. Triplicẽ funiculuz describit apl̃s. j. Timoth. j. dicẽs. Finis p̃cepti est charitas de corde puro ⁊ ꝙscia pura ⁊ recta seu bona ⁊ fide non ficta. Solum purum est cor quod ad crimina mandata perfluere nescit. nihil fedat facilius corde mundanis exposito. hoc solũ ꝓtinet charitas nefrustra patear: tunc vero fedat cũ in crimina labitur. Conscians vero bonã habet ad oẽs qui ꝓximi bonũ vt suuz diligit. Si quo min⁹ ꝙuincit non hr̃e illã que nõ querit que sua sunt. Fides autem non ficta ea est que per dilectionez in bonis opibus exercetur alioq̃n non solũmodo fictam sed mortuaz Jacobus dicere non videret seu vereretur Et vere iste funiculus difficile rumpit quo paul⁹ vinctus ad Rom̃. viij. audẽter ait. Quis nos sepabit a charitate christi? ⁊c. Validũ ꝓfecto vinculũ est cui nulla violentia ꝑualet insepabiliter ꝙtinẽs amantẽ cũ amato sed validius erit in patria: quia vt ꝺz. j. Coz. xiij. Charitas nũq; excidit. Naz si credendo ⁊ sperãdo diligim⁹ qõ non videmus nec tenemus: q̃to ardentius eum diligemus quẽ tũc videbim⁹ sicuti est? vt dicit. j. Jo. iij. Cũ quo nos regnare faciat a/morosus iesus x̃ps filius dei: q̃ cũ p̃re ⁊ spũsancto viuit ⁊ regnat: p infinita secla seclor. Amẽ.

Feria. iij. post dñicam in quinq̃gesima de affectib⁹ triplicis inflammati amoris. s. dei sui ⁊ ꝓximi de q̃b⁹ vex carnis ꝓuiũ celebrat Sermo. iiij.

Fides spes charitas tria ꝟ: maioz aũt horũ ẽ charitas ibi. s̃. Urget iterũ charitas de charitate nos loq̃ vt quã in ꝑcedẽti ℔m õe tã gratã didicim⁹: ꝺ excellẽtia charitat⁹ ex eadẽ diuino munere exptamur hodievsq; ad famelicã nauseã crapulari Et ad ꝟ hortatur apl̃s i ꝙbo ꝓallegato dicẽs. Fides spes caritas tria ꝟ vt s̃. Quasi dicẽ velit. Fides vtiq; atz spes ad deũ cogscẽdũ ⁊ q̃rendũ illuminant intellectũ atz roborant facultatẽ: ℔ maioz horũ est charitas q̃ inflãmat ⁊ pascit imo depascit hois volũtatẽ: ⁊ aiaz totã satiat iebriat atz in deũ trãsformat. Hec q̃dẽ amor⁹ crapula nũcupat. cum hũan⁹ spũs tu⁹ fiat tanq; potẽs crapulat⁹ a vino. s. diuini amor⁹. Crapula aũt ⁊ spũale carnis/ꝓuiũ celebrat mẽs bõa ex triplici ꝙo atz feruẽti amore. ꝑmo amore dei. scõo amore sui. tertio amore ꝓximi de q̃b⁹ amoꝛib⁹ ꝓpha. cxxxij. ps̃. qui in p̃nti materia ẽ aliud thema inq̃t: Ecce q̃ bonũ q̃ ad amorẽ dei: ⁊ q̃ iocũdũ q̃ ad amorez sui hitare frẽs in vnũ q̃ ad amorẽ ꝓximi.

Articul⁹ ꝓm⁹ de septẽplici flãma seu ardẽti affectu diuini amoris.

ℙrimus amoꝛ feruens et ardens quo mẽs hũana repleꝛ est amoꝛ dei. Exercẽs eni se i sacris meditatõib⁹ ⁊ affectõib⁹ ad obtinẽda bõa

grax ⁊ vtutũ atq; feruẽtis ⁊ crapu'ãtis amor dei: septẽ affectib⁹ inflãmatis exerceri debet ad deũ. Primꝰ ẽ amor ardẽtissimꝰ. scds ẽ timor reuerẽtissimꝰ. tertiꝰ ẽ zelus ꝯstantissimꝰ. qrtus regratio magna. qntꝰ laus imẽsa. sextꝰ obediẽtia ꝓmptissima. septiꝰ ꝺlectatõ seu securitas ebria

De septẽ gradib⁹ ꝑ qs ad amorem ardẽtissimũ mẽs ascẽdit. Ca. I.

Primus qdem inflãmatus affectus amor ardẽtissimꝰ nũcupat ad quez vtiq; ꝯsequẽdũ hortat sponsus dilectam sponsam Can. viij. dicẽs. Pone me vt signaculũ sup cor tuũ ⁊ vt signaculuz sup brachiũ tuũ qz fortis est vt mors dilectio. dura sicut infernꝰ emulatio. Lampades eiꝰ lãpades ignis atq; flãmarũ aque multe nõ potuerũt extinguere charitatẽ. In qbus verb septẽ gradꝰ charitatis ꝑ ordinẽ exꝓmũt qbꝰ acqrit hic ardẽtissimꝰ amor dei. Primꝰ ẽ meditatio. scdus imitatio. tertiꝰ sepatio. qrtus emulatio. quintꝰ inflamatio. sextꝰ exẽplatio. septimꝰ insupatio Primꝰ quidẽ gradꝰ ꝓueniẽdi ad amorẽ ardẽtissimũ dei est meditatõ. Per hũc ei modũ inflãmabat spũs ꝓpheticus cum dixit In meditatõe mea exardescit ignis. Et initiuz per qd ad ℔ ascẽdit alibi exꝓmit dicẽs. Meditatõ cordis mei in ꝯspectu tuo semꝑ. Et hũc modũ exꝓmit sponsus cũ ait. Pone me vt signaculũ positũ sup cor tuũ. Quid ꝑ siguaculũ positum sup cor tuũ. nisi meditatio spõsi ꝑ quã artissime ⁊ amorosissime in corde spõse eiꝰ meditatio eiꝰ memoria radicat? Vñ ibidẽ glo. Solemus signũ aliqd cũ digito vel brachio alligatũ circumferre ꝙ admonemur. ꝙ illiꝰ rei mẽoriã freqntio/rẽ volumꝰ hre. In cuiꝰ mysteriũ Deut. vj. scz de dei ꝓceptis scriptũ ẽ. Ligab ea ꝙsi signuz in manu tua eruntq; ⁊ mouebunt ante oc'os tuos. Scds gradus ẽ imitatio vt nõ solũ dilecta spõsa in interioꝛib⁹ cordis sed etiã in exteriorib⁹ ꝟbis ⁊ factis amãtissimũ imitet sponsum. Vñ subdit. Et vt signaculum sup brachium tuũ. ꝑ qd opamur virtutũ opa vt in eis xpi imitatio designat. qrtus aũt amoris feruor i ℔ crescat manifeste ostẽdit seraphica ipa pfectio ad quẽ ꝑ hãc xpi imitationẽ mens glorioſi frãcisci pducta ẽ. Ideo in eiꝰ ꝓsona apls ad Gal. vlt. ait. Ego em stigmata dñi iesu i corde meo porto. Tertiꝰ gdus ẽ sepatio vt. s. mẽs ab oi qd a spõso sepet elõget. Vñ subdit. Quia fortis est vt mors dilectio Mors siquidẽ vno trifurcato ictu aiaz sepat a mũdi habitatiõe a suorũ ꝯuersatõe atq; a carnis vnione ac ꝑ ℔ ab oi passione huiꝰ seculi nequã. Sic amor dei ab oibus que aiam sepant a dilecto oino illã elõgat

Quartus gradus ẽ emulatio quia scz mens iuxta apl'm. j. Cor. xiij. semꝑ emulatur charitamata meliora. Vñ sponsus ait. Dura sicut infernus emulatio. s. esse debz. Sicut em infernꝰ nemi ꝓcit sic amor in aia sponsa xpi tanta dilectõis emulatiõe obsequit dilectõ spõso: vt nulli tpi ⁊ditioni vel loco ꝓsone infirmitati seu ciuscũq; resistẽtie parcat ꝙn oia supans innitat dilecto suo. Quintus gradus ẽ inflãmatio. Ex ꝓcedentib⁹ siquidẽ nixus in dei amore inflãmat iõ spõsus ait. Lampades eius. i. corda diuina charitate accẽsa lãpades ignis. i. plena sunt feruore dilectõis diuine. Lãpas em ẽ vas clarũ intus habet oleũ ⁊ ignẽ. Oleũ nutrit ignem ꝙ dicit feruorẽ. In lãpade cor purũ i oleo deuotio: in ignis calore feruor desiderij deno/tat. Hoc igne ardebãt duo discipuli ꝓgentes i emaus qr Lu. xxiiij. dicebãt. Nõne cor nostrũ ardẽs erat in nobis? Sed qd faciet i patria? Et itez ps. crapulat⁹ ⁊ epulatus ⁊ ebriat⁹ ꝺ se ait. Inflãmatũ ẽ cor meũ ⁊ renes mei cõmutati sũt ⁊ ego ad nihilũ redact⁹ sum. Sextus gradꝰ est exẽplatio ad ꝓximũ ꝓpter deũ exhibita et mõstrata. Vnꝺ subdit. atq; flãmaz. In flammis siquidẽ lumiosi splẽdoꝛes sancte ⁊ edificatoꝛie ꝯuersatõis ꝯueniẽtiꝰ denotãt sic Mat. v. dñs ait. Sic luceat lux vra coraz hoibus vt videãt vra opa bona ⁊c. Septimus gradus est insupatio cũ. s. mens nullis aduersitatibus supat. Vñ subdit aq; mlte nõ potuert extiguẽ charitatem. Per aquas em tribulationũ impetus designant. Vñ Esa. viij. Pro eo q abiecerat ꝓpls iste aquas siloe q vadũt cũ silentio. Et sequit. Propt ℔ ecce aducet dñs sup eos aqs flumis fortes et multas: regem assyrioz ⁊ oem gloriã eius. Hoc siqdez ignita aia qz oia suffert dom⁹ est illa de q. Mat. vij. que edificata est supa firmã petrã ⁊ descẽdit pluuia ⁊ venerũt flumina ⁊ flauerũt venti ⁊ irruerũt in domũ illam ⁊ non cecidit. fundata em erat supa petram. id est. iesum christum.

De feruenti affectu filialis timoris ad deum qui omẽs alios timores aspnatur. Ca. II.

Secundus quidẽ inflãmatꝰ affectus ẽ timor reuerẽtissimꝰ. Cũ em sex dicant eẽ timores. Primꝰ naturalꝰ. scdus seruilis. qntus initialis. sextus filialis vl castus qnq; qdẽ ꝓores rẽnuit mẽs diuina dilectõe feruescẽs ⁊ in sexto solũmodo ꝯsecutus. Primo em non timet timore naturali licet talis timor non sit bonꝰ vel malus cũ nõ sit sub lib'tate arbitrij ꝯstitutꝰ. Et ℔ timore solũ habz timere hõ timore ꝓpassiõis sicut fecit xps. Vñ Mat. xiij. cepit iesus tedere ⁊ pauere ⁊ hoc qtum ad ꝓpassionẽ ⁊ ideo dicit cepit. Scdo nõ timet timore hũano ꝙ potius elegit peccare qꝫ penas in cor/

pore tolerare. Vñ ad talit timentē. Isa. v. ait. Quis es tu vt timeas ab hoie mortali. Tertio nō timet timore mūdano q̄ poti⁹ elegit cōmittere diuinā offensionē q̄ pdere terrenā possessionē. Vñ Lu. xij. Nolite timere pusillus grex q⁹ cōplacuit p̄ri vr̄o dare vob regnū. Quarto nō timet timore fuili q̄. s. timet pena iferni nec amat diuina iusticia. Vñ ad Ro. viij. Non accepistis spm̄ fuitutis iterū in timore. Quinto etiā nō timet timore initiali: de q̄ p̄s. Initiū sapie timor dñi. q⁹ lz p̄ncipaliter amet iusticia tñ scdario timet penā. sed sicut. j. Joh. iiij. scribtū est. Perfecta charitas foras mittit timorē scz initialē t multa ampli⁹ p̄cedētes. Sext⁹ est timor filialis seu cast⁹. Filialis q̄dem ad patrē. Castus vr̄o ad spōsam. Vñ Job. xxvj. Columbe celi cōtremiscūt t pauēt ad nutū eius: t h timore timet aīa feruēs. Hic q̄dem triplicit variat q⁹ triplex est hmōi timor. Primus ē separatōis. scōs offensiōis. terti⁹ reuerētialis. Primus in q̄ est timor separatōis q̄ spōsa timet separia spōso. Vñ Eccl. vij. Qui timet deū nihil negligit. s. ne sepet a deo. Scōs est timor offensionis q̄ filialis amor in minimo timet offendere deū. Vñ Salomon Prou. viij. Timor dñi odit malū. s. ne offendat p̄rem. Tertius ē reuerētialis. Vñ. Eccl. xxiij. Nihil melius q̄ timor dei. His trib⁹ timorib⁹ inflāmat desiderios⁹ t successus in amore affectus atq⁹ p eos sentiens q̄ suauis est dñs admirās cum ppha clamat. Quā magna multitudo dulcedis tue dñe quā abscōdisti timētibus te. solus iste timor in patria manebit. Vñ p̄s. Timor dñi sctūs pmanet in seculū seculi.

De feruenti affectu duplicis zeli: q̄ gloria dei. t salus animarū sollicite p curatur. Caplm. iij.

Tertius aūt inflāmatus affect⁹ est zel⁹ cōstantissim⁹. Est em̄ zelus amor excādescēs atq⁹ irascēs ꝛ ea que sunt ꝛria suo amato vel suo amori. Cū em̄ duplex sit amor. s. dei t primi atq⁹ in his duob⁹ mādatis tota lex pēdet sicut dr̄. Mat. xxij. Hinc est q⁹ in q̄libet inflāmato affectu debz esse duplex zelus. Primus honoris t glorie dei. Scōs salut⁹ primi. Primus zelus est honoris dei q̄ mēs sancte trascit t excādescit q⁹ deus nō cognoscit: nō diligit ñ timet nec debitis officijs nec fuitijs: honorat exemplo zelotis helie q̄. iij. Reg. xix. ait. Zelo zelatus sum p dño deo exercituū: q⁹ dereliquerunt pactū dñi filij isrl. i. pl's christian⁹. Secūdus zelus est salutis primi. Vñ p̄s. Zelus domus. i. ecclie tue comedit me. i. p sollicitudinem attenuauit me sicut fecit paul⁹ q̄ ad Cor. xj. de se ait. Preter illa que extrinsec⁹ sūt instātia mea q̄tidiana que. s. nec vna hora remittit. Sm̄ glo. sollicitudo oiuz eccl'arū. Quis infirmatur t ego nō infirmor. q̄s scādalizat t ego non vror? Item necessariū est p istū zelū mentē primo dirigere ad seipm atq⁹ pspicere si in se vel a se seu p se facta sunt opa dei honorē t dānū seu scādalū primor⁹. Que cū cepit a seipa tunc ex charitate in primū dirigat. Et ne q̄s etiā in alios erret notandū est q⁹ tūc zelus est diuin⁹ q̄n cū feruore t attentōe seu excādescētia sue ire est in deū rectus. t sm̄ dei instinctū t bñplacituz mēsuratus ita q⁹ nō ferat ꝛ aliquē nisi p xp̄o atq⁹ sm̄ deū t solū p q̄to ille est ꝛrius deo. Odit ta tñ apparēt hoibus debitā mēsurā excedere q̄ sunt mēsuratissima apud deū. Ecōtra multi sūt zeli mali sub specie boni. Joh. xij. de Juda ptz q̄ p falso pauperū zelo ꝛ magdalenā ait. Quare hoc vngentū nō venit trecētis denarijs t datum est egenis? Sz heu q⁹ iam venit tps t nūc est in q̄ nō repit ppie nec aliarū aiarū zelū habens nec de salute earū curet. vt vere iam dici pōt. q⁹ zelus domus dei comedit oēs zelatores suos q⁹ iam nullus supest zelans. Oēs enī que sua sunt querūt q̄libet domus sue nō dei zelus habet ideo Aggei. j. lamētabiliter dicit dñs exercituū. domus mea deserta est t vos festinatis vnusquisq⁹ in domū suā.

De multiplici regtiatiōe cōi et ppa inflāmati cordis ad deū. Cap. iiij.

Quartus vr̄o inflāmat⁹ affect⁹ est regratio magna. Duplex q̄dem est regratio q̄ tit mens diuino amore succēsa. Prima aūt est gñalis. scōs special' Prima āt est gñalis q̄ mens diligēs oia que sunt creata t ordinata a deo vt dr̄. de omnibus creaturis laudans creatorē. Vñ erigēs totū affectuz ad deū ait Primo gras agim⁹ tibi dñe deus nr̄ q̄ es alpha t o p̄ncipiū t finis q⁹ creasti celū et terrā t oia q̄ in eis sunt: ponēs in eis vestigiuz et imaginē tue sctissime trinitatis vt creature p ticipes essent supadmirabilis gr̄e tue. Secūdo tibi regr̄amur dñe deus nr̄ de hoie quez formasti ad imaginē t sili'tudinē tuā atq⁹ oīa subijciēs pedib⁹ suis. cūcta ordinasti ad fuitiū eius casū q̄ eius miscōit repasti: nec eū in eternū interitū cū demone ꝛdēnasti. Tertio q̄ tibi gras agim⁹ imēsas dulcissime deus q⁹ placuit charitati tue post ade casuz salut⁹ remedia nob dare: legē fidē t spem atq⁹ repationē nr̄am p filij tui incarnatōz fiendā: dilectis amicis tuis abrāā isaac t iacob t ceteris p̄rib⁹ p̄oribus reuelare. Quarto incessant gras agim⁹ tibi dñe deus op̄s de stupēda charitate t hūilitate q̄ ostēdisti in vnione hūanitatis nr̄e ad tuā imensissimā diuinitatē. Quinto imensas gras tibi agi-

mus de tua hũilima natiuitate ⁊ supadmirabi li ꝙuersatõe in mũdo doloꝛib⁹ ⁊ afflictõib⁹ plena ꝓ nr̃a dilectõe. Sexto tibi gr̃as agimus dulcissime iesu xp̃e de tuo coꝛpoꝛe p̃cioso qõ in die sancto cene dedisti nobis in viaticũ ⁊ refugium in solaciũ atq; in remissionẽ oiuz pctõrũ nr̃oꝝ. Septimo o amoꝛosissime sup oia gr̃as maximas referimus qz ꝓ nobis vilissimis creaturis atq; pmptissimis ad oẽm tuã offensam ⁊ culpã dignatus es pati tam crudelẽ tãq; enoꝛmem atq; acerbissimã passionẽ. O imensa charitas dei. O bonitas saluatoꝛis. O miscoꝛdia redẽptoꝛis. Quis cogitare põt tãti amoꝛis abysſum ⁊ nõ admirari atq; diligere te imensuz nisi infidelitate labꝺꝛet? Octauo tibi gr̃as agimus infinitas tua de triũphãti ⁊ glorioſa resurrectiõe: ꝓ quã resuſcitati a miseria hui⁹ vite ad gloꝛiã tuã nobis fidem ⁊ spem ꝓtulisti. No no tibi gr̃as agimus de tua admirabili ascẽsione: ꝓ quã genus hũanũ i ꝓspectu oiuz spirituũ beatoꝝ tãto nobilitasti decoꝛe atq; tam glorioſo sublimasti honoꝛe Decimo gr̃as referim⁹ tibi dñe iesu xp̃e de sanctiſpũs missiõe in ap̃los tuos in die pẽthecostes: ꝓ quẽ tanta foꝛtitudine repleſti eos. vt q̃ prius timebãt ꝛba. postea ꝓ te nõ timerẽt ꝛbera. toꝛmẽta durissima. atq; moꝛtẽ. Et q̃ prius erant ignari ⁊ idiote: postea facti sunt tanto lumine illustrati ⁊ docti. vt sciꝛent quecũq; necessaria sunt ꝓ totius mundi salute. atq; ꝓ eos felicitati nos dignos benignissime deus ad tuaz fidẽ puenire. O miserrimũ ⁊ miserabile genus xp̃ianoꝝ. Quid de illis ſctiſsimis athletis iã tibi remãsit. nisi ſoluz auctas et solũ in labijs coꝛpoꝛeis fides vt digne de tot ieſus xp̃s lamẽtabilit̃ dicere valeat illo Mat. xv. Appꝛpius hic labijs me honoꝛat: coꝛ aũt eoꝝ longe est a me. Sine causa aũt colunt me. i. frustra. Est ei ſcda regratiatio dei. ſ. specialis per quã diuino ardoꝛe inflãmat⁹ affectus ad seipm reuersus ⁊ tot gratijs se vallatũ cõſpiciẽs: in regratiatiõis exultationẽ prũpẽs. In ꝑmis ait. Gr̃as ago tibi dñe de meipſo quẽ ex mera bonitate tua inter nobiliozes creaturas creare dignatus es. tribuẽs mihi coꝛpus ⁊ aiam ad imagineꝫ ⁊ ſilitudinẽ tuã. atq; imẽſa bonitate tua ſacro baptiſmatis fonte regenerat⁹ ſum. ⁊ i tua fide inſtructus atq; nutritus cũ dignus eſſem dãnatõe eterna. Scdo gr̃as tibi ago imẽſiſſime deus de tãta patiẽtia: qua ſuſtinuiſti iniq̃tatẽ meã tribuẽs mihi ſpaciũ penitẽdi. Inſup tua bonitate mihi indigniſſimo ꝓtuliſti i te credere in teſperare: te amare atq; obſeq̃ tibi. Cõfirma hoc deus qõ opatus es in me: ⁊ adauge dulciſſime ihu xp̃e. Tertio gr̃as tibi ago qz de nihilo creãs me tot inumeras atq; pulcherrimas creaturas oꝛdiaſti ad ſeruiciũ meũ ⁊ ad ſuſtẽtationẽ coꝛpalis vite mee. Quarto gratias tibi ago qz dediſti mihi rõnẽ ſenſuz ⁊ intellectũ multiſq; ⁊ inumerabilib⁹ gratijs replens aiam meã vt ꝑm volũtatẽ tuã regere poſſũ illã

Quinto gr̃as tibi ago imẽſiſſime dñe p̃ miſericoꝛdiaꝫ ⁊ deus toti⁹ ꝓſolatõis. qz dona mihi collata oẽs meas gr̃arũactões i infinitũ excedũt. Adiuua me tuipe vt tibi dignas reddã gr̃as de oibus bñficijs que cõtinuo mihi facis feciſti ⁊ facturus es. pfecte recognoſcẽs hũiliẽ et deuote ſubijciar tue reuerẽdiſſime maieſtati in ſecula ſeculoꝝ.

De duplici laude .ſ. affirmatiua et negatiua: qua inflãmati affectus laudant creatoꝛẽ. Cap. V.

Quintus ꝙo inflãmatus affect⁹ eſt laus imensa. Cũ eni mens fuerit diuio amoꝛe ſuccẽſa tam dulcedine repit deũ bonum: vt nunq̃ velit ceſſare a laude eius. In cuius pſona ait pſ. Bñdicã dño in oi tpe ſp ⁊c. in oi tpe. i. tam in adũſitate q̃ in pſperitate. nõ ſicut q̃dam q̃ laudãt deũ in pſpitate. Añ pſ. Cõfitebit tibi cũ bñfeceris ei. Alij ipm tm̃ laudant in adũſitate. Añ Eſa. xxvj. Dñe in angustia req̃ſiuerũt te. Inſup addit ſp laus ei⁹ i oꝛe meo. i. ſp aliq̃d loquar vel ſentiã vel cogitabo qõ referak ad laudẽ ſũme dei. Añ Caſſi. Quicq̃d ex charitate ex ſimplicitate ceteriſq; vtutibus vel loq̃mur vel mẽte geſtim⁹ viuere: diuinis laudib⁹ aplicat̃ Ipius eni eſt p̃coniũ q̃ donat oꝛe ac coꝛde honeſta meditari Duplici eñ laude p̃ncipaliter inflãmat⁹ affectus laudat deum. Prima eſt affirmatiua. ſcda ꝙo laus eſt negatiua. Prima aũt laude affirmatiua laudatur deus cũ in eius laudẽ oia bona ei apꝛopriant̃: ⁊ de hac tota ſcptura referta ẽ. ⁊ hmõi laudeſi ſunt vt plurimũ oẽs iuſti. Nam laudant illũ de iuſticia ⁊ foꝛtitudine. Añ pſ. Deus iudex iuſtus foꝛtis ⁊ patiẽs ⁊ longanimis. Laudant illũ de magnitudine. Añ idem ait. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis ⁊c. Dicũt etiã illum bonũ. Unde pſ. Laudate dñm qm̃ bon⁹ eſt Et alibi. Bonus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me ⁊c. Dicũt eum ſapientẽ. Añ idem ſapie eius nõ erit numer⁹. Noiant illũ amoꝛe vt charitatez .ſ. Joh. iiij. Deus charitas eſt. Noiant illũ pacẽ. Añ. In pace in idipſuz ⁊c. Noiat ſe viam vitatẽ ⁊ vitã Joh. xiiij. c. Ego ſum via vitas ⁊ vita. Noiãt illũ pulchrũ. ſ. Pet. j. In quẽ deſiderãt angeli pſpicere. Noiat illũ miſericoꝛdẽ. Añ pſ. Miſeratoꝛ ⁊ miſericoꝛs dñs. Noiant illũ lumẽ pſ. In luie tuo videbim⁹ lumẽ. Noiant eũ ſuauẽ pſ. Guſtate ⁊ videte qm̃ ſuauis eſt dñs. Et cetera multa ꝓſimilia ꝓ laudem affirmatiuã deo apꝛopiant̃ in gloꝛia nois

sui. Scda est laus negatiua. Dicz aũt lauda re modus sit deo gloriosus ꝛ dign⁹. est tñ scds laudabilis mod⁹. s. negatiu⁹ est ablatiu⁹. sicut faciũt sculpẽtes p modũ ꝓdictũ incõpabilit di noscit supare. Et p hũc modũ in ampliorẽ laudem dei illa negant que ꝑus de deo affirmabãtur Uñ abbas vercellen⁹ sup. iij. c. de mystica theologica ꝺ vtraq laude ait q affirmatiua sit p descẽsus a supioꝛib⁹ ad extrema. Negatiua ꝯo ecõtra ab inferioꝛib⁹ ad supioꝛa seu ad ꝑncipalioꝛa. Uñ aũt fit descensus a supioꝛib⁹ ad extrema affirmatio parit dilatationẽ siue ꝯborũ multiplicationẽ. Sic ecõuerso ascẽsus ab inferioꝛibus ad ꝑncipalioꝛa negãdo generat cõtractionẽ. Hoc aũt ideo ꝓtingit. qꝛ ibi de notioꝛibus ad magis nota descẽdim⁹ hic ꝯo de cognitis ad incognita negatiue ascẽdim⁹. Uñ ibi multiplicatio. hic aũt sermonis restrictio generat. Ut vbi ascendẽdo oia fuerint negata ꝛ negata cũcta fuerint ascẽsa. tam nõ est nisi vt sermo sileat: sicut a diuina ineffabilitate ꝙuictus. Uerbi gr̃a cũ mens illuminata ardẽti corde ad sublimia dei ꝙtemplãda sustollit. tanto dei lumine illustrat ad cognoscendũ q̃d sit ipse deus. et quicq̃d ꝑus de deo affirmauerat nũc negat tãtam intelligit distantiã ipius dei ab eo qꝺ dici põt de ipso deo vel noiari vel cogitari põt ipse deus. Nam si noiat illũ magnũ nomen ei apparet paruũ. Si iustũ nomen ei videt iniustũ. Si fortẽ nomen debile pensat. Si bonũ: nomen ei videt malũ. Si sapientiã: estimat stulticiã. Si amorẽ ꝛ charitatẽ: sonat illi nomẽ iniq̃tatẽ. Si pacẽ nomen ei aparet guerra. Si via ꝯitas ꝛ vita dicat: videt ei nomen deuiũ ꝛ falsum atq mortale. Si pulchꝝ aparet ei deforme. Si misericordẽ: sonat ei crudelitatẽ. Si lumẽ. nomẽ videt ei obscurũ. Si suaue. nomẽ ei videt amarum ꝛ sic de cõsimilib⁹: qꝛ ad lõge maioꝛa q̃ fari vel cogitari possit est talis spũs subleuat⁹ iuxta illud. j. Corint. ij. Aꝺ oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in coꝛ hois ascẽdit que ꝑparauit deus etiã in ꝓnti vita diligẽtib⁹ se. Utraq tñ laude collaudãt creatorẽ affectus talit inflãmati ꝑm varias inflãmatões ꝛ eleuatões spiritus atq ebrios anime sensus.

De obediẽtia ꝓmpta inflãmati affectus ad deũ. Ca. VI.

Textus q̃dem inflãmat⁹ affect⁹ est obedientia ꝓmpta. Igne eteniz calefacta defacili flectit cera. Metalla q̃ ab igne liquefacta faciliter recipiũt formã. Sic etiã corda diuino amore succẽsa ꝓpter deũ ꝛ oẽm obediẽtiam ꝛ maioris ꝛ equaliũ ꝛ minoris sp reddũt ꝓmpta. Et merito q̃dez. Nam ꝑm Bern̄. Credentibus nihil impossibile. amãtib⁹ nihil difficile. nihil asperũ mitib⁹. nihil hũilibus arduũ reperit. que oia tales habẽt. Solẽt q̃q currum rote velocius currere si sint vncte. sic tales aie vnctione diuini amoris supinfusa ꝓmptissime sunt adimplẽda quecũq ꝓcepta. ꝛ corde oꝛe ꝛ ope cum ꝓpha decantãt. Paratũ coꝛ meũ deus ꝛc. ꝛ q ꝑm Bern̄. paratũ ad sublimia. paratus ad humilia. paratũ ad oia. s. vsq ad mortẽ Et idem iterũ ait. Hec vnctio andreã fecit gaudenter crucẽ amplecti. Laurentiũ irridere carnificẽ. Stephanuz ꝓ lapidãtib⁹ flectere genua in oratõe: ꝛ apl̃os gaudere in tribulatiõe. Nec mirũ si in talib⁹ obediẽtia ꝓmpta ꝛ ꝙtradictio nulla. cum eoꝝ spiritib⁹ subiecta sit caro: qꝛ eorum spiritus subiecti sunt deo. Ex q̃bus duobus ꝓfecta obediẽtia ꝙsũmat.

De spirituali crapula seu saturitate atq ebrietate: quas de deo expiuntur inflãmati affectus. Ca. VII.

Septimus inflãmat⁹ affect⁹ est delectatio seu saturitas ebria qua mens reficit saturat ꝛ inebriat dei dulcissima ꝛ inestimabili suauitate. Tanto eñ sapoꝛe degustat talis spũs dulcedinẽ dei: vt q̃tidie ad eius appetitũ acrius inardescẽs clamet inuitãs ad pastũ oẽs irrõnales creaturas ꝛ dicẽs. Gustate ꝛ videte qñ suauis est dñs ꝛc. Solet quilibz nẽpe post saturitatẽ ꝛ crapulã quecunq apposita fastidire. sic q ad hanc saturitatẽ puenerit mens deuota. mãifestissimũ signũ est quarũlibet coꝛporaliũ delitiarũ fastidiũ: atq ex itimo affectu exterioꝝ oiuz verũ quendã ꝛ spõtaneũ hr̃e despectũ. Aliud est enim tñmodo obsistere ꝛ repellendo viriliter acẽscere nolle. atq aliud est q̃dam nausea saturati affect⁹ medullit⁹ fastidire. Ad veram igit sacietatẽ ꝛ spũalẽ crapulã tunc mens hũana deuenit. qñ post diuine suauitatis abũdantiã quã interius sentit oiuz que exteri⁹ apponi ꝓñt. quoddã necessariũ potius q̃ volũtariũ fastidiũ sentit: nec sine ebrietate talis saturitas venire solet: quã q̃ incurrit insensibilis fit ad mũdũ. Omnes nẽpe nouerũt q q̃ plene ebrij sunt irrisiões suas atq despectiões sepe nec q̃dem aduertũt: atq picula ꝛ discrimina nec declinare. nec saltẽ attẽdere noꝛũt Cum igit videmus multos q̃tidie inter ꝙuicia ꝛ obꝓbꝛia hilarescere ꝛ gaudere inter picula ꝛ tpaliũ dãna letari: ꝛ q̃d q hmõi sunt debem⁹ nisi ebrios iudicare? Quid eñ dixerim tam mẽtis alienatõz nisi spũalẽ quandã ebriationẽ? ꝓius est enim vt fastidiam⁹ vana hui⁹ mũdi oblectamẽta: scõo ꝯo despiciam⁹ eius aduersa. Primũ q̃dem efficit spũalis sacietas: scõm ꝯo spũalis ebrietas. Sacietatẽ igit ebrietas sequit. vt ex eoꝝ affectibus cõꝓbat. Hac crapula ꝛ ebrietate altera

ti erant apli qñ vt dicit Act. v. Ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilij: qñ digni habiti sunt ꝓ nõie iesu cõtumeliã pati. Eandẽ etiã ebꝛietatẽ passi sunt oẽs sancti xpi martyres ⁊ ꝯfessoꝛes ꝑclari quoꝝ sicut dicit apls ad Heb. xj. Alij ãdez ludibꝛia ⁊ ꝛbera experti sunt. insup ⁊ vincula et cetera que apls tangit ibidẽ.

Articul⁹ .II. de septemplici affectu ardentis amoꝛis ad seipm.

Secũdus ꝛo ꝑncipalis amoꝛ inflãmat hominem ad bene diligendũ seipm. Et hic etiã septemplici feruet affectu. Primus est affect⁹ pudoꝛis. scds doloꝛis. tertius hoꝛoꝛis. quartus rigoꝛis. ãntus ire implacabilis. sextus vigoꝛis. septimus est affectus discretõis.

Oꝛ ex pudoꝛioso affectu ꝓpter sua peccata cõfundit anima ꝓpter tria.

Capitulum .I.

Quicunq; ꝛo cõcupiscit semetipm diligere debet ꝑmo se exercere in affectu pudoꝛis quo. s. totus de vitijs suis atq; defectibus ꝯfundat ⁊ erubescat: ⁊ maxime ꝯsideãdo circa pctã tria. ꝑmo magnitudinẽ. scdo mltitudinẽ. tertio turpitudinẽ. Primo consideret pctõꝝ magnitudinẽ ⁊ coꝛde cõtrito ⁊ humiliato ad deũ clamet cum filio ꝓdigo Lu. xv. Pater peccaui in celũ ⁊ coꝛaz te iam nõ sum dignꝰ vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercennarijs tuis. Scdo suoꝝ pctõꝝ multitudinẽ ꝯsideret. ac cum ps dicat. Iniq̃tates mee supgresse sunt caput meũ ⁊c. ⁊ cum manasse penitentiã. Paral. vlẽ. doleat dicens. Peccaui sup numerũ arene maris. multiplicate sunt iniq̃tates mee. Atq; cum publicano Lu. xviij. miscdiaz poscat dicẽs. Deus ꝓpicius esto mihi pctõꝛi. Tertio cõsideret suoꝝ pctõꝝ turpitudinez atq; ad seipsam increpatiue anima dicat illd ꝓpheticũ. Filia babylonis misera. Et illd Esa. xxiij. Sume cytharã ⁊ circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tradit. Et Hiere. ij. Oꝛ vilis facta es nimis iterans vias tuas.

Ex doloꝛe culparũ cruciat anima ꝓpter tria. Caplm .II.

Secũdus est affectus doloꝛis vt. scz aia pctã sua dei offensiua ⁊ suipsius maculatiua acutissimo doloꝛe plangat Et ꝑ ꝓpter tria ⁊ ex suis culpis. ꝑmo meruit gebennam. scdo amisit vitã eternã. tertio incurrit diuinã offensaz Primo eni dolere debet q; meruit gehẽnã cuius tormẽta ꝯsideras ⁊ illa mereri cõspicies. ac quasi illa ex vehemẽti illuminatione pñtia cernẽs cũ ps dicat. Doloꝛes inferni circũdederũt me. Scdo dolebit qz amisit vitã eternã quam mens infinitis delitijs plenam esse ꝯsideras atq; finẽ bre nõ cõspicies ꝓ eius amissione ꝑpetuo lamẽtari ꝓponẽs cum Hiere. xv. dicat. Factus est doloꝛ meus ꝑpetuus. Et cũ eodẽ. xxx. Insatiabilis doloꝛ meus. s. ꝓpter magnitudinẽ damni. Tertio dolere debet qz incurrit diuinã offensaz exemplo dauid ḋ ait in ps. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte ⁊c. Talis in cꝛ aia ploꝛat q/si altera magdalena ad pedes iesu clamãs cum ꝑbã. Miserere mei deus ⁊c. quẽ tanta malignitate offendi. Ploꝛet hec aia qz olim amisit deũ sed amplius q; deus amisit eam.

Oꝛ triplici affectuoso sensu: venit anima in suipsius hoꝛoꝛẽ. Ca .III.

Tertius est affectus hoꝛoꝛis q. s. hõ ꝓpter odiũ sui seipm sanctissime hoꝛret. De quo ḋem odio ⁊ hoꝛoꝛe Jo. xij. dns ait. Qui odit animã suã in hoc mũdo: i vitam eternã custodit eaz. Talis aũt hoꝛoꝛis affectus oꝛiginẽ habz ex sensu ꝓpie nihileitatis qz verus sui amoꝛ in hoie opat q; nihil se esse intelligit a seipo. ⁊ nihil boni facere ꝓ seipm atq; in nihiluz tendere ꝓ seipm. Un Job. xxx. Redactus sum ad nihilũ ⁊ abstulit q̃si ventus scz spiritussancti desideriũ meũ. i. qd videbat mihi videre. Un ps. Inflãmatũ est coꝛ meũ. s. ad amoꝛẽ mei ⁊ renes mei cõmutati sunt. s. ad hoꝛoꝛẽ mei ego ad nihilũ redact⁹ sum ⁊ nesciui. s. aliq̃d boni in me eẽ. Un Greg. Solũ sancti bona sua nõ vidẽt que alijs videnda ꝑbent. Secundo habz oꝛiginẽ ex sensu ꝓpie iniq̃tatis cũ sentiat se offendisse creatoꝛẽ suum ⁊ ꝓ ꝯsequẽs oẽs alias creaturas. Un Greg. Offenso creatore offendit oẽs creatura. Sentit etiã infinitã suam offensam rõne infiniti dei ḋ ab eo offensus eẽ

Tertio habet oꝛiginẽ ex sensu ꝓpie hũilitatis. Un Anselm⁹ in li. de silitudinib⁹ septẽ ponit hũilitatis gradus. Primus est se ꝓtemptibilẽ ⁊ pctõꝛẽ esse cognoscere. scds ita affectualiter sentire. tertius hoc alijs ꝯfiteri. q̃rtus ꝛ velle credi. q̃ntus velle ita dici. sext⁹ exultare et letari vilẽ ⁊ pctõꝛẽ dici. septim⁹ est q; amet ⁊ gaudeat se velut ꝓtẽptibilẽ cõculcari ⁊ ꝓtẽptibiliter tractari. Ad hoc etiã addi põt q; vt ꝛ efficaciꝰ fiat hmõi se ꝛbis ⁊ factis ⁊ gestib⁹ coꝛdialit⁹ vilipendit. Predicti aũt gradus ꝑm q; magis descendũt maioꝛẽ hoꝛoꝛẽ in aia iudicãt.

Triplici rigoꝛe vtit rigoꝛosus affectus cõtra oms occasiones diuinarũ offensionũ. Capitulũ .IIII.

Quartus est affectus rigoꝛis quo. s. homo seueriss̃ime ⁊ asperrime coꝛp⁹ suum macerat ⁊ macerari appetat tanq; pctõ fedatũ. imo tanq; latrinã ⁊ sentinã omniũ feditatum. Triplici nanq; rigoꝛe vtitur hic affect⁹ Primus est cõtra cogitatões. scds est cõtra lo

cutiones. tertius ꝓtra opatões. Primo enī rigore vtiq; cõtra cogitatões deuiãtes a via dei siue sint elcuãtes p supbiã. siue inficiẽtes p luxuriã. siue demergẽtes p auariciã. Contra huiusmodi cogitatões homo puigil ⁊ sensatus in vigore cõprimit ꝑmos motus ne paulati in animam ad interitũ serpant: iuxta cõsiliũ ꝑphe dicentis. Beatus q̃ tenebit. s. in rigore mentẽ p illicita discurrentẽ ⁊ allidet paruulos suos. i. primos motus insurgẽtes ad petrã qui est xp̃s ihesus. Scõo rigore vtiq; cõtra locutiões. s. ne tacẽda dicat ⁊ ecõuerso. Unde cum ꝑphã ait. Dixi custodiã vias meas vt nõ delinquã in lingua mea in via. ꝓposui ori meo custodiã cũ ꝓsisteret pctõr adũsum me. Nouit enī q̃ salomon ꝓuerb. xxj. ait. Qui custodit os suũ ⁊ linguaz suã custodit ab angustijs aiam suaz. Sz Eccl. xxij. cõsiderãs q̃ difficile sit custodire linguaz ait. Quis dabit ori meo custodiã ⁊ super labia mea signaculũ certũ vt non cadaz in ipis ⁊ lingua mea perdat me. Et ꝑphã intelligens hoc esse donũ singulare diuinitus datũ ait in psal. Pone dñe custodiã ori meo ⁊ ostiũ circũstantie. Ostiũ circũstantie dicit nõ dicit murũ vt p ostiũ circũstantie cõprehendat̃ q̃ est tps loqndi ⁊ tps tacendi. vt Eccl. iij. Murus autẽ labijs ponerẽt qñ quacũq; necessitate seu vtilitate cogente homo dispositus esset nequaq̃ loq̃. Sed vere vt dicit̃ Jaco. iij. si quis in ꝛbo non offendit vel loquẽdo tacendũ vel tacẽdo loqndum vere hic est pfectus vir. Tertio talis affectus vtiq; rigore cõtra opatões ⁊ maxime ne per illicita vagent̃ corpozei sensus p q̃s ad animam interitus ingredi solet. Unde Hiere. ix. Ascendit mors p fenestras nr̃as. Hec aplus timens dicit. j. Corin. ix. Castigo corpus meũ. i. corporeos sensus ⁊ in seruitutẽ redigo. s. p hũc rigorẽ: ne forte cum alijs ꝓdicauerim ipe reprobus efficiar.

De triplici sancta ira pzelum accẽsa cõtra nostras tres impietates.

Capitulum. v.

Quintus est affectus ire implacabilis ⁊ sancte turbatõis. Añ duplex est ira Fm Gregl. in fine libri quinti moraliũ. ꝑma est que fit p vitiũ ⁊ talis extinguit oculũ intellect⁹ Añ Job. v. Virum stultũ interficit iracũdia. Secũda est ira que fit p zelũ ⁊ hec illuminat oculũ. sed ad tps turbat sicut colliriũ vt tñ lym pidioꝛẽ reddat. Et hac turbatiõe turbatus est Job. xvij. q̃ de se ait. Caligauit oculus meus ad indignationẽ aliter ab indignatõe oculus meus Añ illud. Irascimini ⁊ no. pec. Irascimini inq̃ vobismetipis ꝓpter pctã vr̃a ⁊ amplius nolite peccare. Cõtra tria siq̃dẽ debet accẽdi ira et indignatio ista. Primo ꝓtra cõmissas offensiones. scõo ꝓtra malas iclinatões. tertio ꝛ ipias radicatões. Primo debet accẽdi hec ira cõtra cõmissas offensiões. i. ꝓtra ꝓpria pctã. Añ de viro iusto talit̃ irascẽti ait ꝑphã. Ira. s. ista sancta in indignatõe eius. s. ꝓtra suas offensiones: ⁊ vita. s. gr̃e in volũtate eius. i. oino irascitur ꝓtra vitia sua ne gratiã dei ꝑdat. Scõo irascendũ est ꝛ malas inclinatões ⁊ dicat illud Esa. xiij. Perdã babylonis nomen ⁊ reliq̃as id est opa mala ⁊ pgenie ⁊ germen ⁊ oẽs ipias inclinatiões. Tertio est irascendũ ꝛ impias radicatiões. Radices aũt cũctaꝝ offensionuz quattuor sunt effect⁹. s. gaudiũ ⁊ dolor spes ⁊ timor. Qui cum spreto deo terrenis inherẽt causa sunt oiuz pctõꝝ cõtra quos cũ irascitoꝛijs inclinant̃ rõnalis spũs irasci debẽt Fm q̃ ꝓuerb. xvj. mystice dr̃. Indignatio regis. i. regẽtis rõne nũcij mortis. i. q̃ttuor p̃dicti effect⁹ causa sũt q̃ rõnabilis irascit̃ intellect⁹ ⁊ indignat̃.

Tertio insup illa manifeste inuerecūde atq; impune fiebāt. ideo addit. esset in terra. i. manifesta erant z impunita. Quarta etiaz fiebāt tota mētis aiaduersione. ideo dz. z cūcta cogitatio. s. nō partim z nō diuisim: sed in malis in integra z cōiūcta. Quinto q; fiebāt tota cordis. Sexto talia scelera toto studio ppetrabant. ideo dz. intēta esset ad malū Septimo qđ oiuz pessimū erat. qz cuz sex p̄cedētibus cōtinue z longo tpe in illis pseuerarunt. ideo subdit. oñi tpe Ex his ptz q tunc messis matura erat: ideo generale diluuiū mūdū exterminās misit dñs Nec tñ de vltimo iudicio sunt hec signa z fortia argumēta. verūetiam de qlibet regno z patria z ciuitate a dño magnis iudicijs flagellādis. mētib⁹ illuiatis z pspicacit intuentibus āte iudicia patebit p̄cedere hec signa mature messis. Qđ ptz exēplo ve. testa. Nam cuz dñs abzae p̄misit exterminationē gentiuz que terrā quā ei p̄misit icoluerūt dicebat Geñ. xv. Necduz eni implete sunt iniq̄tates amozreoz vsq; ad pñs tps. i. nōdū matura est messis eorum. q̄si dicat. z si semini tuo hāc terrā p̄mitto tñ ante tps cōplemēti iniq̄tatis eoz z mature messis illos nō exterminabo. Predicta etiā septem mature messis signa p̄cessisse iudiciū zodome z gomorre z ꝓfiniū ciuitatū satis patere pōt q̄ pōderat diligēter vba Geñ. xix. que de illo iudicio cōscribunt z sic mens illuiata atq; discreta ad p̄cauendū pricula diuinoz iudiciorum in varijs tpibus atq; patrijs poterit talia signa prudēter ꝓsiderare: z nō ad p̄sumptuose predicendū futura. sed z sibi z alijs p̄caueda mala futura.

Q tps vltimi iudicij z dies eius aliq̄bus pfectis poterūt esse noti.

Tertioq; circa tps iudicij p̄nt esse q̄daz quibus poterit reuelari tps iudicij z dies ei⁹. Nā ex scp̄turis nō possum⁹ certitudinalit arguere q nullus tps iudicij sciat aut scire debeat: qđ etiā incōueniēs est. si nō de hoc reuelauerit alicui angeloz aut btōz z specialit matri sue. Aliud est eni de nobis: aliud ō beatis. q̄ in nullo a dei volūtate deuiare p̄nt. Insup est aliō de cōtate hoiuz: aliud de singl'arib⁹ sanctis q̄ vnus spūs sunt cum deo. Nam reprobi lz nescierunt horā aduētus diluuij tñ noe cum familia id p̄sciuerūt. Un Geñ. vij. dicit. Ingredere tu z filij tui z arcā. adhuc eni z post dies septem ego pluam sup terrā quadraginta dieb⁹ z noctib⁹. Et ante in. vj. c. ait illi dñs. Erunt dies. s. hois siue humane generatōis centū viginti annoz. Per noe z familiaz eius pfecti z electi finaliuz tempoz mystice designant: per reliquos vero reprobi eorūdē tpm denotant. Sic abzae z loth horā subuūsionis zodomoz p̄dicta fuit Geñ xviij. et. xix. z tñ Lu. xvij. z Mat. xxiij. vide tur seu assīlat occultatio de die iudicij occultationi dei diluuij z horae subuersionis zodomitarum.

Quadruplex obiectio z respon sio ad talia obiecta.

Sed obijcit cōtra nuprime dicta. Dicit eni Mat. xxiij. de die aūt illa z hora nemo scit neq; angeli celoz nisi pr̄ solus. Ad qđ dicēdū est q sicut ptz ex supzadictis lita p̄nt dici angeli dei nescire. s. ad reuelandū nobis: sicut z filius dei xps. Secō etiā obijcit qz dñs ait Matth. xxiij. Vigilate igit qz nescitis q̄ hora dñs veturus sit. Ad qđ dicēdū q p̄dictū dñi vbū nō hz locū nisi respectu cōitatis hoiuz. q̄bus talis occultatio ꝓueniēs est. Tertio obijcit: qz dz Mat. xxv. Media nocte clamor fact⁹ est ec/

ce ſponſus venit. Ubi Augu. ait. Media no/
cte. i. nullo ſciente aut ſperãte. Ad qđ dicendũ
q̃ mirabile eſſet ſi ſaltẽ p modicũ momẽtũ ante
nõ poſſet deus reuelare horã illã. g̃ reſpectu cõi
tatis dr vẽturus media nocte clamor fact⁹ eſt.
Ũñ. j. Theſſal. v. De tpibus aũt frẽs r momẽ
tis nõ indigetis vt ſcribam⁹ vob. Jpi eni dili/
gẽter ſcitis: qr dies dñi ſicut fur in nocte ita ve
niet. atq; diſtinguẽs inter bonos r malos ſub/
dit. Vos aũt frẽs nõ eſtis in tenebris vt dies il
la tanq̃ fur vos cõprehendat. Oẽs eni vos fi/
lij lucis eſtis r filij dei. nõ ſumus noctis neq; te
nebrar. Quarto obijcit de ẏbo Act. j. vbi
dñs aplis ait. Non eſt veſtrũ ſcire tpa vel mo/
menta que pr̃ poſuit in ſua ptãte. Cõſtat eni q̃
ſi aliq̃bus b̃ reuelatũ foret p̃cipue aplis debu/
it reuelari: p q̃s fides r eccl̃ia fundãda erat at/
q; docẽda. Ad qđ dicendũ q̃ xp̃s loquit ibidẽ
aplis vt adhuc carnalib⁹. Sicut qñ ait Jo. xvj
Multa habeo vobis dicere q̃ nõ poteſtis por
tare mõ. Et ſicut qñ Mat. xx. ait Iacobo r ioã
ni. Neſcitis q̃d petatis Et addidit. Sedere au
tem ad dexterã meã vel ſiniſtrã nõ eſt meũ da/
re vob. in q̃ tũ eſtis ſm carnẽ cognati mei. aut
vobis in q̃ tũ indiſpoſiti eſtis. Et b̃ ibidẽ xp̃s
innuit cũ dicit. Sz accipietis ẏtutẽ ſupuenien
tis ſpũs ſancti in vos rc̃. Non igit̃ videt q̃ ex
hoc ẏbo Act. aplorũ poſſet ita certitudinaliter
hoc argui ſicut aliq̃bus videt.

Secunda queſtio.

Circa hoc etiã queri põt q̃re xp̃s diſcipulis
ſuis ait Mat. xxiiij. ideoq; r vos eſtote para/
ti: qr q̃ hora nõ putatis filius hois ventur⁹ ſit:
cũ nullus illor tempor circa horã iudicij viu⁹
repiet. r ipſe loquit ad eos ac ſi iudiciũ in tpe
eor deberet fieri? Ad qđ triplicit̃ rñdet. Pri/
mo ſm Augu. ad eſytiũ dicẽs q̃ in pſona cor
loquit̃ oibus: qr q̃dãmõ ad oẽs ptinet dies il/
la. Tunc eni cuiq; veniet dies illa. cuz venerit
dies mortis illius: vt talis hinc exeat q̃lis in il
lo die videndus ẽ. Ille eni dies cũ venerit impa
tus quẽ inuenit impatũ hui⁹ ſue vite vltim⁹ di
es eſt. Ũñ Mar. xiij. Qđ autẽ vobis dico oi/
bus dico vigilate. Secõ qr mos eſt ſcpture
ſacre loq̃ de vno aut vni in pſona alteri⁹. Ũñ. j.
ad Theſſal. iiij. ait aplus p̃ his ſanctis q̃ circa iu
diciũ repiri debeãt viui inq̃t. Quia nos q̃ viui
mus q̃ reſidui ſumus in aduẽtu dñi nõ p̃uenie
mus eos q̃ dormierũt: cum tñ ipſe nõ deberet:
tunc inueniri vnus. Tertio qr a tpe xp̃i in/
ſtabat dies cuiuſdã magni iudicij. r iſtud in ſe
myſtice ẏtinẽs. Illud aũt excecatio r reprobа
tio iudeor ac ſublimatio fideliũ ſuor. Ũñ ex p̃
ma rõne que eſt Aug. colligi põt q̃re de die iu/
dicij ſepius eſt p̃dicandũ ac ſemp cum tremore
expectandum.

Qr tremenda erit executio iudicij generali. Cap. IIII.

Quarto xp̃s mũdũ iudicaturus oñdet
ſe hr̃e executionẽ timorioſaz. Ũñ. Jo.
ſubdit. Et miſit q̃ ſedebat ſup nubẽ falcẽ ſuã in
terrã r meſſuit terrã. Nubes aũt hec ſup quaz
ſedebit angel⁹ xp̃s: ẽ hũana caro illi⁹. Ũñ Eſa
xix. Ecce dñs aſcẽdet ſup nubẽ leuẽ r ingredie
tur egyptũ Sup hãc nubẽ ſedebit mũdũ in trã
quillitate iudicatur⁹. tñ pctorib⁹ terribilis ap/
parebit. Tunc q̃dẽ falcẽ ſui ſeueri iudicij in ter
ram mittet: qñ ꝓpter impior abuſuz terrã ſic
dãnabit. vt oĩno ſuitia ſua impijs neget q̃ deo
hoc in ſeipis negat. q̃ nõ ſolũ ex bñficio creatio
nis ſed xp̃i redẽptiõis merito hñt: vel etiã hr̃e
pñt. Ũñ Eſa. xxiiij. Ecce dñs nudabit terrã r
diſſipabit eam. Jõ dicit Jo. r meſſuit terrã ſcz
impios ab eis tollẽdo. ſ. ne liceat ampli⁹ viue
re q̃bus ſemp libet peccare. Boies nẽpe ſupi⁹
meſſis noiati ſunt. Jõ de tali meſſiõe Eſa. xvij
Ablata eſt meſſis in die hereditatis r dolebit
grauiter. Dies hereditat⁹ eſt dies retributõis
q̃ retribuet vnicuiq; ſm opa ſua cum deus da
bit hereditatẽ timẽtibus nomen ſuũ. Sed hac
die auferet̃ meſſis impio: cũ nullus fructus in/
ueniet̃ in labore ſuo. r jõ grauiter dolebit qr et̃
na egeſtate atq; penalitate cruciabit̃ in eternũ
Qta aũt ſit futura acerbitas illius vltime meſ
ſionis: oñdit Crip̃. dicẽs. Si rex terren⁹ cõtra
aliquẽ p̃ceſſur⁹ expeditionẽ mãdat in ꝓ̃p̃o. di/
gnitates oẽs mouent̃. exercit⁹ excitant̃. tota ci
uitas feruet. q̃tomagis rege celeſti exurgente
iudicare viuos r mortuos angelice ẏtutes mo
uebunt̃ terribiles miniſtri terribilẽ dñm p̃rece
dentes? Proinde Sap̃. Armabit creaturaz in
vltionẽ inimicor r pugnabit p eo orbis terra
rum cõtra inſenſatos. Tanta vtiq; erit cuncta
rum creaturarũ pugna cõtra innumeros pctõ
res q̃ ſicut Mar. xiij. dicit ẏtutes celor mo/
uebunt̃. i. horrebũt p̃e magnitudine ſignor r
cladis. Sicut eni hõ manẽs in ſupcilio mõtis:
videt aliquaz abſorberi ciuitatẽ hyatu t̃re aut
incẽdio ꝓcremari: q̃daz naturali inſtinctu hor
ret lz videat piculũ ſibi nõ iminere. Sic angeli
atq; beati videtes ꝓtra reprobos pugnare vni
uerſum mũdũ q̃ naturali horrore cõmouebũt̃
vñ p̃s. Turbabũt̃ q̃ hitãt t̃mios a ſignis tuis

De quindecim ſignis p̃ce dentibus iudiciũ.

Que aũt ſint ſigna tãti terroris iſta oſtẽdit
Hicrony. q̃ in annalib⁹ iudeor q̃ndecim terri/
biliſſima ſigna iudiciũ p̃cedentia ſe dicit inue/
niſſe: ſed an continue ſiue non aut an imediate
p̃cedẽt iudicij diem ſe reperiſſe nõ dicit. Qtũ

aũt credibilia sint. ipsa scpturarũ testionia manifestãt q̃ cũ ipis signis in robur eoꝝ p ordinẽ subiũgamus. Prima die eriget se mare q̃n/decim cubitis supra mõtes stans imobile i suo loco. Vñ i pspectu talis altitudis territi hoies fugiẽt a facie maris. Vñ Lu.xxi. Erit i terris pssura gẽtiuꝫ.s. ppt fugã. Vñ ppha. Altitudo scz maris manus suas leuauit: vt innuat q̃ stãte mari in altitudine pdicta: in se tribilit fluctu abit. Nõ oñdit Sap.v. Candescet in illos aq̃ maris: ꝛ fluia corruẽt duriter. Vñ ppha. In spũ furoꝛis tue cõgregate sunt aq̃. Et de hoib⁹ ait. Ipsi vidẽtes sic admirati sunt ꝓturbati sũt cõmoti sunt tremoꝛ apprehẽdit eos Secda ꝙ die tñ descẽdet q̃ videri nõ poterit: qõ intelligeni si cũ tribili strepitu h debere fieri. Vñ ps Mare vidit ꝛ fugit: iordanis ꝓsus ẽ retroꝛsum. Et iterũ. Bedit abyssus vocẽ suã.s. in aq̃ rũ descẽsu. Et viderũt te aq̃ ds ꝛc. Et Lu.xxi. pre cõfusione sonit⁹ maris ꝛ fluctuũ arescẽtib⁹ hoibus p timoꝛe ꝛc. Tertia aũt die marine belue supra mare dabũt rugit⁹ vsq̃ ad celũ. vñ Sap̃.xvij. Rugiẽtiũ valida bestiaꝝ voꝛ aut resonãs de altissimis mõtib⁹ echo: deficiẽtes faciebãt. i. faciẽt illos p timoꝛe ꝛ expectatõe.

Quarta ꝙ die ardebit mare ꝛ aq̃. Nõ dñs etiã testat̃ p ppha dicẽtẽ. Ignis succẽsus est in furoꝛe meo ꝛ ardebit vsq̃ ad inferni nouissima. Quinta aũt die herbe ꝛ arboꝛes dabũt sanguinẽ sanguineũ ꝛ roꝛẽ. Vñ Esa.xxvj. Reuelabit terra sanguinẽ suũ: ꝛ nõ opiet vltra inf fectos suos. Vñ dñs ait Joheł.ij. Dabo pdigia in celo sursum: ꝛ in terra deoꝛsuꝫ: sanguinẽ ꝛ ignẽ ꝛ vapoꝛẽ fumi. Sexta insup die ruẽt oĩa edificia mũdi qõ innuit Joheł.iij. dicens. Egypt⁹ in desolatõe erit: ꝛ idumea in desertuꝫ pditõis: p eo q̃ iniq̃ egerũt. Septima die petre adinuicẽ collidenf: teste Esa.xxiiij. Concutient fundamẽta terre: ꝓfractõe ꝓfringet terra ꝛc. Octaua die fiet terremot⁹ generaf. Nõ et ppha testat̃ dicẽs. Terra tremuit ꝛ q̃euit cũ exurgeret in iudiciũ deus Nona die exibũt hoies de caũnis ꝛ ibũt q̃si amẽtes p timoꝛe nõ potuerũt mutuo loq̃. Jõ Esa.xxxiij. ait. Cõtristi sunt in syon pctõꝛes: possidebit tremoꝛ hypocritas. Decima die adeq̃bit terra. Jõ Esa. xl. ait. Vis vallis implebit̃: ꝛ ois mons ꝛ collis hũiliabit̃. Vñ ps. Mõtes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie dñi mota est tra. Undecima die egredient̃ atq̃ ꝓsurgẽt moꝛtuoꝝ ossa ꝛ supra sepulchra stabũt Vñ Ezech.xxxviij Factus est sonitus magnus ꝛ ecce cõmotio et accesserũt ossa ad ossa vnũ q̃q̃ ad iũcturã suã

Duodecima die cadẽt stelle ď celo sicut dñs Lu.xxi. testat̃ dicẽs. Erũt signa in sole ꝛ luna et stellis. Et iterũ Joheł.iij. ait. Sol ꝛ luna obtenebrati sunt: ꝛ stelle retraxerũt lumen suũ Et iterũ in.ij.c. ait. Sol cõuertet̃ in tenebꝛas ꝛ luna in sanguinẽ anteq̃ veniet dies dñi magn⁹ ꝛ horribilis. Ꝑterea ois q̃cũq̃ inuocauerit nomẽ dñi saluus erit. Et Apoc.vj. Stelle de celo ceciderũt sup terrã sicut ficus mittit grossos suos cũ a vento magno mouet̃. ꝛ merito hec oĩa fiẽt Nam ſm Crih. Pfamilias moꝛiẽte domus eius turbat̃. familia plãgit. ꝛ nigris vestib⁹ se induit. Sic etiã hũane genere ppter qõ oĩa facta sunt circa finẽ ꝓstituto destruit̃ mũdus luminaria celi lugẽt ꝛ cãdoꝛe amoto tenebꝛis in/duent̃ in fine seculi. Tertiadecima die moꝛient̃ hoies tũc viuẽtes vt cũ moꝛtuis resurgãt: q̃ cõtra hoiem totus ꝓturbabit̃ mũdus. Rõ hui⁹ est ſm Bonauẽ. q̃ hoie labẽte cecidit mũdus: iõ in iudicio ppt̃ seueritatẽ iudicis oñdẽdam necesse erit oiuꝫ hoiuꝫ coꝛda trer̃i ꝛ pctõrũ maxie q̃ vniũsoꝝ ꝓtẽpserũt dñm. vt sic ois creatura diuinũ accipiat zelũ: ꝛ ꝓfozmet̃ creatoꝛi suo. Et q̃ nihil itẽsius vel velociꝰ aut horribiliꝰ in agẽdo ꝛ mouẽdo inter alia elemẽta q̃ ignis ex oĩ pte ꝓcurret. hinc est q̃ necesse erit q̃ ipius iudicis faciẽ pcedat ignis nõ ex vna pte tñ: sed ex oĩ pte mũdi. iuxta illud ppe Ignis añ ipm pcedet ꝛc. Terribilis nẽpe erit ille ignis q̃ diuina ꝙtute nõ tñ ignis q̃ pmanet in spera sua: sed ꝛ ignis mũdi purgatoꝛij ꝛ inferni ad h simul ꝓcurrẽt pueniẽtes faciẽ iudicãt. Ex his q̃dem q̃ttuoꝛ ignib⁹ diuino iudicio fiet vnus. q̃ oiuꝫ pdictoꝝ igniũ pficiet officiũ. eo q̃ ignis terrestr ſm Bonauẽ. purgabit iustos. cruciabit malos. incinerabit coꝛpa: ꝛ cõsumet cũcta terre nascẽtia. ꝛ aialia. Ignis ꝙ elemẽtalis elementata subtiliabit: atq̃ ad inouationẽ disponet. Ignis purgatoꝛij purgabit electos: illos q̃ bus ncẽ purgari erit. Sz ignis iferni ipios iã incipiet cruciare. Decimaq̃rta die ardebit celũ ꝛ ꝛa. i. supficies aeris atq̃ terre. Poꝛro q̃ mũdus iste purgari dz cũ hoie purgãdo ꝛ hõ ꝛ tpoꝝ indiget expurgari a scoria auaricie ꝛ malicie. sicut in pmo tpe a fece luxurie: idiget etiã purgari velocit intime ꝛ pfecte. Hinc est q̃ sic pmus mũdus deletus est p aquã q̃ est frigida: ꝛ purgatiua ꝫ ardoꝛẽ ꝛ fetoꝛẽ luxurie q̃ illõ seculũ inficiebat: sic finalis mũdus p ignẽ q̃ calidus est ꝛ ꝓsũptiu⁹ finiri dz ꝫ toꝛpoꝛẽ charitat̃ et frig⁹ malicie ꝛ cupiditat̃: q̃ maxie regẽbit i seculi senectute Et q̃lla sũt maxie adherẽtia: necesse ẽ q̃ purgatio sit actõis intime violẽte ꝛ accelerate. qõ nõ ꝓtingit repiri in aliq̃ elemẽto q̃ in igne. Sz actio hui⁹ ignis successiua erit. hñs initiũ mediũ et finẽ: iõ tũc elemẽtaris ignis elementa subtiliabit ꝛ ad inouationẽ disponet. sic testat̃ petr⁹. ij. Pe. iij. dicẽs. Veniet dies dñi: sicut fur. in q̃ celi magno ipetu trãsiẽt. elemẽta

vero calore soluent: terra aũt ⁊ que in ipa sunt opa exurent. Ex hac eni ꝯcrematõe fiet elemẽ tor ab impuritate quã hñt ex cõmixtõe ad puritatẽ mutatio. maxie i terra ⁊ aere ⁊ sic purgatis iustis ⁊ combustis reprobis cessabit motus celi ⁊ planetarũ. Decima q̃nta die fiet celuz nouũ ⁊ terra noua atq; resurrectio mortuorũ. Nam sicut .j. Thessa. iiij. ait apl's. Ipse dñs in iussu ⁊ in voce archãgeli ⁊ in tuba descẽdet de celo. In iussu q̃dez ꝑm Nico. de ly. q: impans mortuis dñs dicet. Surgite mortui ⁊ vẽite ad iudiciũ. ⁊ voce archãgeli michaelis q̃ est eccle ꝓnceps sub q̃ angeli etiã notant. Nã ꝑm Rich q: hec citatio erit mẽtalis atq; vocalis: iõ mẽtaliter ad iudiciũ vocabunt a deo: ⁊ vocaliter p ministeriũ angelor iux illũ Mat. xxiiij. Mit ter angelos suos: ⁊ ꝓgregabit electos suos a q̃t tuor ventis celi: q: adusus q̃ttuor mũdi partes admirãda voce clamabũt. Surgite mortui venite ad iudiciũ. Hi vo angeli mirabilit intonabũt tanq; ꝓcones iudicij. Tuba aũt dei erit ꝓdicta vox xꝑi q̃ descẽdet de celo. s. in hũana forma Et subdit apl's. Et mortui q̃ in xꝑo sunt resurgẽt ꝓmi. deinde nos q̃ viuim⁹ q̃ relinquimur simul rapiemur cũ illis obuiã xꝑo i aera Ista q̃dẽ ꝓzitas atq; posteriozitas ꝑm ꝓdictũ Nicol. ad actũ resurgẽdi mime referri ꝓt ita q; alii qui ꝓus ⁊ aliq posteri⁹ resurgãt eo q; oẽs in instanti resurgẽt sicut dz. j. Cor. xv. Oẽs q̃dem resurgem⁹ sed nõ oẽs imutabimur. ⁊ subdit in momẽto in ictu oculi in nouissima tuba. Nec etiaz põt hic accipi ꝓzitas dignitatis: q: ꝑres ve. testa. in resurrectõe nõ erũt digniozes apl'is q̃ erũt iudicis assessozes: sicut dicit dñs Mat. xix. Sedebitis sup duodecim sedes iudicãtes duodecim trib⁹ isrl. De q̃bus apl's intẽdit dicere. deinde nos q̃ viuim⁹ q̃ relinq̃mur. Propt q̃ saluo meliozi iudicio videt dicendũ q; ꝓzitas ista atq; posteriozitas referẽda sit ad q̃tez in xꝑo mozitẽdo in eius fide. Et addit. sit rapiemur. s. iam resuscitati cũ illis in nubib⁹ obuiaz christo ad iudiciũ veniẽti in aera.

De loco iudicij.

De loco aũt vbi iudiciũ faciet dñs sup mundũ Joel. iij. scptũ est q; deus dicet. Cõsurgẽt ⁊ ascendẽt oẽs gẽtes in valle ioſaphat. q: ibi sedebo vt iudicẽ oĩs gẽtes in circũitu. Sedebit eni deus in eminẽtissimo loco aeris sup montẽ oliueti: vñ in celo ascẽdit ⁊ oẽs sancti cũ illo apparebũt. vñ oẽs iudicãdi apparebũt in valle ioſaphat ⁊ circa eam: q: monti oliueto ꝓpinq̃ est scz inter iꝫm montẽ ⁊ hierlm. Apparebit autez christus ꝑm Greg. ibi blãdus iustis ⁊ terribilis impijs. Videbũt eni mali christi hũanitatẽ vt timeãt: nõ tñ diuinitatẽ ne gaudeãt. Justi vo vtrãq; illius ꝓtemplabunt naturã: vt simul cũ aia ⁊ corpe iam glorioſe letent.

Articulus. II. de modo scõm quez dñs exequent iudiciũ generale.

Secdo ꝓncipalit ꝓsiderem⁹ circa iudiciũ generale executoz ꝓsequẽtẽ que in euãg. hodierno ptz. Nõ q̃dam breuit exponam⁹ eo q; in qua/dragesima de relig. christi. latius declaratuz sit. In hoc igit euãgelio circa executõnẽ futuri iudicij q̃ttuor insinuant. ꝓmuz regalis aduẽtus scõm generalis ꝓcursus: tertiũ iudiciũ iudiciale pcessus: q̃rtũ finalis successus.

Cum q̃ta gloria triũphali ⁊ maiestate christ⁹ veniet iudicare totũ mũdum. Caplm. I.

Primo q̃dem circa executionẽ diuini iudicij insinuat xꝑi triũphalis seu regalis aduẽtus. Veniet q̃dem vt hõ ⁊ hoc cum tanta altitudine maiestatis ⁊ glorie: q; exꝓresse in eius corpe nõ solũ iustis: ꝑ etiã impijs celsitudo maiestatis sue mirabilit refulgebit. Proinde dñs ait. Cuz venerit filius hois q: in forma hois ventur⁹ est. in q̃ttũ tñ deus iudex ordinarius. in q̃ttũ hõ iudex delegat⁹. in maiestate sua eo q; apparebit vt dictũ est in forma hois. glo. q: ꝓmo apparuit i forma passibili ⁊ infirma. Ut maiestas dicit diuinitatis xti. Uñ Matth. xxiiij. Videbũt filiũ hois venientẽ in nubib⁹ celi cũ xtute ⁊c. Et sequit. ⁊ oẽs angeli eius cuz eo. Tum ꝓpt honorẽ iudicis. tum ꝓpt executionẽ iudicij eo q; ministerio angelor deducẽt electi ad celũ: ac p alios malos angel⁹ trahent reprobi ad infernũ. Nihilomin⁹ noie angelor etiã intelligunt angelici viri atq; pfecti q̃ cum xꝑo: iõ in maiestate venire dicunt: q: ꝑi maiestatiue sup inferiozes q̃si iudices. xij. sedib⁹ ꝑ sidebũt sicut dictũ est. Et lz ꝓncipales apli i illis sedib⁹ ꝓsessuri anthonomatice exꝓmunt. intelligit etiã vltra hꝫ supabũdans nũs pfector imitator xꝑi. tũc sedebit sup sedẽ maiestat⁹ sue ꝑ hãc sedẽ significat iudiciaria ptãs q̃ xꝑo hoi data est. Uñ Apo. xx. Vidi thronũ magnũ et candidũ ⁊ sedentẽ sup eũ a cui⁹ ꝓspectu fugit celum ⁊ terra ⁊ locus nõ est inuẽtus ab eis. Per thronũ magnũ ⁊ candidũ significat regia ⁊ iudiciaria ptãs seu maiestas. ⁊ glia diuitatis xꝑi vel celsitudo ⁊ candor mũdicie ⁊ glorie hũanitatis sue. i q̃ eius diuitas significat sedere sicut in glorioso throno. Aut ꝑ thronũ significat tota eccl'ia sctor vel ordinũ supior luce glorie cãditata: ꝑ quã deus exercebit sua iudicia in dãnatis. Addit q; a ꝓspectu sedẽtis fugit celuz et terra. tũ q: oẽs habitãtes in celo ⁊ in terra ꝑ nimio timore furoris ei⁹ aut ꝑ sũma reuerẽtia maiestat⁹ eius in ꝓpriã quitatẽ ⁊ nihileitatẽ resiliẽt

ac si essent sibi pis ānihilati Jō subdit q locus nō est inuent⁹ ab eis .i. sic facta sunt q̄si nihil ac si nusq̄ essent. tum q⁹ sicut lux candelarū atq̄ stellarū dispareret i aduētu solis ac si essent ānihilata seu obscurata: sic ad fuglorē gl'ie xp̄i oia alia respectu eius erūt q̄si nihil. Jō p̄s. ait. Deus manifeste veniet: nō sub nube sicut in p̄mo aduētu. Proinde verificabit qđ Apoc. vj. de reprobis dr. Quia dicēt mōtib⁹ t petris cadite sup nos: t abscōdite nos a facie sedentis sup thronū t ab ira agni Ān ppha. Pones eos vt clybanū ignis in tpe vult⁹ tui .i. sic ignis ardet in clybano interi⁹ sic xp̄s mis⁹ scie exuret eos. vñ Osee. vij. Oēs adulterātes q̄si clyban⁹ succen sus a coquēte adulterātes vti q̄ sunt: q̄cū q̄ alij q̄ deo se p amorē inordinate ⁹iūgūt. Coquēs erit diabol⁹ q̄ malas cogitatōes ⁹scie ministra bit: sicut coquēs admistrat ligna. t in tpe vultus tui .i. vultuositatis tue .i. supcilia cōmouētis qđ est cōminātis signū.

Qr oīs gentes apparebūt cor̄ā iudice iusto: t ab eo iusti ab impijs sepabunt. Cap. II.

Secūdo insinuat ad iudiciū generalis ⁹cursus. vñ subdit. Et ⁹gregabunt añ eū oēs gētes .i. ois etas t ois sexus p̄m glo. Nullus enī tūc latere poterit a facie iudicātis Sz p angelos bonos iusti t p malos ipij addu cent. t sepabūt eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. Lz enī hec distinctio ad lr̄az localit fiat. fiet nihilomin⁹ p diūsaz q̄litatē gl'ie atq̄ pene. Sepabit inq̄ eos merito loco t vocabulo. Merito inq̄ oium merita discutiēdo loco varia loca assignādo: vocabulo varijs nois bus apellando: hos hedos illos xp̄o oues. In quib⁹ denotat inocētia iust⁹. tū ppt simplicitatē. tū ppt fecūditatē. tū ppt mititatē sicut de se dicūt. Propter te mortificamur tota die estimati sum⁹ sicut oues occisiōis. In hedis ipietas malor̄ significat. tū ppt feditatē. tū ppter peculositatē. tū ppt sterilitatē. Et statuet oues a dextris suis: t hedos a sinistris. Per dexterā status gl'ie significat. p sinistrā status pene et ne indicat Jō Proū. iij. Dias q̄ a dextris sūt nouit dñs: pūse sunt q̄ a sinistris sunt. De ista diuisiōe ait ppha ozādo. Dñe a paucis de tra sz viuētiū diuidis eos i vita eor̄. ait enī. Dñe a paucis .s. quib⁹ q̄ pauce sunt respectu hedor̄ iuxta illd Job. xxxiij. Cōteret mltos t inumerabiles. Ān ppha. Judicabit in natōib⁹ iplebit ruinas .s. angelor̄ ⁹cussabit capita in tra ml tor̄: q⁹ multi sunt vocati: pauci xp̄o electi. Bi/uide inq̄t eos. merito. loco. t vocabulo. in vita eor̄ .s. vt sic viuētes et nalit crucient. De hac diuisiōe dr Job. xxxviij. Lapidē caligis t vm brā mortis diuidet tor̄rēs a pl'o pegrināte La pidē vocat ipios ppt obstinationē. caliginis p pter obcecationē. vmbrā mort ppt diaboli similitudinē. pl'm pegrinantē vocat sctōs. q̄ nō hñt h̄ ciuitatē manētē: s futurā inq̄rūt. Ab his diuidet malos tor̄rēs .i. iudiciaria snia q̄ sequet Et rōnē hui⁹ p̄s subdit di. De abscōditis tuis adipletus est vent eor̄. Abscōdita sunt crimia non ⁹fessa Prou. xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō diriget. adiplet⁹ ēvent eor̄ .i. ⁹scia eor̄ Hiere. iij. ventrē meū doleo Sic dicē poterūt in die iudicij hi q p ⁹fessionē suā nō manifestāt pctā sua Lu. xxj. ve p̄gnantib⁹ dieb⁹ illis.

De remuneratōe iustor̄ t punitōe malor̄. Cap. III.

Tertio insinuat iudiciū pcessus i q̄ duo p̄ncipalit demōstrant. p̄mū est remuneratio iustor̄. scōm ⁹dēnatio malor̄. Primo q̄dē in remuneratōe iustor̄ exp̄munt duo Primū ē collatio p̄mij. Ān subdit. Tūc dicet rex q̄ a dextris eius erūt. Supra enī xp̄s dict⁹ est fili⁹ hois: h̄ xo nosat rex. Ad cui⁹ q̄dē apicē ptinet subditos regē. leges ⁹dere. legis trāsgressores punire. obseruatores p̄miare: qđ tūc clare patebit. Tūc q̄dē non q̄ret pilat⁹ q̄ rex es tu? Tūc q̄ nō dicēt iudei: nō habem⁹ regē: nisi cesarē. Et addit. Uenite bn̄dicti p̄ris mei possidete p̄atū vob regnū a ⁹stitutōe mūdi. In q̄bus xp̄is q̄ttuor ptinent. p̄mo inuitat ad hereditatē di. Uenite. scōo dat bn̄dictionē cū dicit bn̄dicti p̄ris mei. tertio ⁹fert possessionē dicēs possidete. q̄rto possessiōis ⁹firmationē addēs paratū vob a ⁹stitutōe mūdi. O dulcissima locutio t vox oī iocūditate plenissima iuitās ad amplexū toti⁹ trinitatis: t ad q̄tā t eternā possessionē sue glorie triūphal. O q̄ta iocunditas erit cuilibet videre se regē fieri eterni regni: cū ipse sit p̄mogenit⁹ mortuor̄ t p̄nceps regū terre vt dr Apoc. j. Scōo subdit exp̄ssio meriti cū dñs ait. Esurīui t dedistis mihi māducare. sitiui t dedist mihi bibere: hospes fui t collegistis me t sic de alijs opibus mie. Tūc rnde būt ei iusti dicētes Dñe q̄n vidim⁹ te esurientē t pauim⁹ te. sitientē t dedim⁹ tibi potū: q̄n te vidimus hospitē t collegim⁹ te: t sic de alijs opib⁹ mie. Tūc rex dicet illr. Amē dico vob q̄cq̄d fecistis vni ex mimis ist .s. de frib⁹ ist mihi fecist.

Prima questio.

Sed nunq̄d iusti ignorabūt p̄dictor̄ rōnes vt hoc querāt? Ad hoc q̄druplicit rnderi p̄t

Primo q hec xp̄a p̄nt q̄druplicit legi vt sit sensus: q si illud dicerēt: eis sic a xp̄o respōderetur. Scōo vt significēt potius admiratio/nem cor̄ sup tāta vnitate capitis xp̄i t mēbrorū suor̄ atq̄ plenā illuiationē sup hoc. Ter

tio vt oñdat q̄ hoc vtiq; q̄rerēt aut q̄rere posſent: niſi p xp̄i doctrinā de hoc illumīati eſſent Uñ ſm Dion. p tractantē illud Eſa. lxiij. Sz q̄s eſt iſte q̄ venit de edom tinctis veſtib⁹ ⁊c. Et illō ps̄. Quis eſt iſte rex glorie? ꝑ hmōi queſtiōes ſignificat defect⁹ neſciēte naturalis ⁊ſi nō tpalis p̄cedēs deſiderīū ſciētie dei ⁊ hāc ſcientiā recipiēdi a deo. p rñſiones ꝯo inſinuatur infuſio lumis ſupradicti. Quarto vt per hoc demōſtratiue oñderet dubia ꝯdicio iudicandoꝝ ⁊ forte aliq̄ in ipſo exitu mortis q̄ vadant ad iudiciū in multis ꝯſimilibus dubitāt.

Secunda queſtio.

Sz q̄ ſunt illi minimi de q̄bus h̄ loquit xp̄s ⁊ quō non ponunt inter iudicādos nec etiā vident poni inter aſſeſſores? Ad q̄ dicendū q̄ illi minimi ſunt viri in hūilitate p̄fecti. q̄ ex tripli cauſa in ipſo aduētu iudicis exp̄ſſe nō fuerūt noiati. ℙrimo vt innuat q̄ ſunt quodāmō idem qđ xp̄s. Sicut ipſe poſtea dicit: iō in ipo xp̄i aduētu ſupponunt veniſſe. Scđo vt oñdatur q̄ p tanto in noie angeloꝝ ſicut ſupra dictum eſt cōprehenſi ſunt. Tertio dici pōt q̄ mos eſt ſacre ſcripture plerūq; in p̄ncipio aliq̄ p̄termittere ⁊ tandē ac ſi p̄miſſa fuiſſent. ſic de eis facere mentionē.

Tertia queſtio.

Tertio queri pōt que ſit cauſa operū miſericordie de q̄bus hic fit mētio? Dicendū q̄ ſunt due miſerie hoīs in p̄nti. p̄ma ē naturalis. ſcđa ꝯo accidētalis ℙrima eſt miſeria naturalis et hec duplex. Aut corruptōe interiori: ⁊ſic eſt eſuries ⁊ ſitis. ſ eſuries eſt a caloꝛe corrūpente ſiccū: ſitis aūt a caloꝛe corrūpēte humidū Aut eſt ex corruptōe exteriori: ⁊ ſic eſt indigētia vestimēti ⁊ hoſpitij. Sz veſtimētū eſt ẓ imutatio nem ꝑpinquā. ſ. aeris corrōpentis ẓtinue. hoſpiciū ꝯo ẓtra imutationē diſtantē corrūpētē interpolate. Scđa eſt miſeria accidētal. ⁊ h etiā duplex eſt Aut ex corruptōe nature ⁊ ſic ē infirmitas: aut ex illatōe violētie ⁊ ſic eſt carcer Non tñ fit h mentio de ſepultura mortuoꝝ: qz bza mortuⁱ aūt in q̄ctū mortuⁱ ſunt xp̄i mēbrū eſt. naz xp̄s ſp viuēs eſt vt ꝺr ad Heb. vij.

De punitione malorꝝ.

Secūdo ſubdit cōdemnatio malorꝝ: qz tunc loquit ad eos in ira ſua ⁊ in furoꝛe ſuo ẓturbabit eos. Uñ p̄mo ponit cōdemnatio ſecūdo: h ditur rō. ponit in q̄ctū p̄mo ẓdemnatio: qz tūc dicet his q̄ a ſiniſtris eius erūt. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū: q̄ parat⁹ eſt diabolo ⁊ angelis eius. Ubi q̄ttuoꝛ ieſus iplicabit ẓ malos ℙrimo repellet eos a ſuo ẓſortio di. Diſcedite a me. tollat impius ne videat gloriā dei. Scđo maledicet eos dicēs maledicti. Tertio ẓcremabit eos dicēs in ignē eternū. Quarto alligabit eos dicēs. pat⁹ ē diabolo ⁊ angeli eius. O ꝓbū horrēdū. O ꝓbū tremēdū. O ꝓbū pauēdū p/tingēs vſq; ad diuiſionē aie a fonte oīuz bonorū deo. O ꝓbū cōpagū atq; medullarū ⁊ oīuz interioꝝ cordis ⁊ corpis ẓcuſſiuū. O ds q̄s non uit ptātē ire tue. ⁊ p timoꝛe tuo iram tuā dinumerare? O ẓſortiū horribile ad imaginandū. horribili⁹ ad vidēdū horribiliſſimū ad cohabitandū. O kribilitas ignis hñs caloꝛē eternuz. Uñ Eſa. vl. Ignis eoꝝ nō extiguet. hñs obſcuritatē. Uñ ps̄. Inkidētis flāmā ignis. ſ. ſepando ignis ardoꝛē a claritate. hñs etiā fetoꝛem. Unde ps̄. Ignis ſulphur ſpūs ꝓcellarū. hñs ardoꝛē Deute. xxxij. Ignis ſuccēſus eſt in furoꝛe meo; ⁊ ardebit vſq; ad inferni nouiſſima. habēs irreuocabilitatē. ps̄. Que ꝓcedūt de labijs meis nō faciā irrita.

Quarta queſtio.

Sz q̄re nō dicit h a ẓſtitutōe mūdi ſic dicit btis? Dom q̄ nō h dixit vt manifeſte pateat q̄ alik ſe hz ds ad miſerēdū ⁊ alik ad puniēdū. ad miſerēdū ſe hz ex ſuo ꝓꝓo ⁊ eterno ad puniēdū ꝯo ex nr̄o tpali vitio ⁊ pctō. Scđo ſubdit cōdēnatōis rō. Uñ exprobratiue ſbiūgit di. Eſuriui eni ⁊ nō dediſti mihi māducare. ſitiui ⁊ nō dediſti mihi potū: ⁊ſic de alijs opibus mie.

Quinta queſtio.

Quare nō facit h mētionē niſi de opib⁹ mie ac de pietatis de effectu. Dom q̄ h facit maxie ꝓpt̄ q̄ttuoꝛ. ℙrimū vt nō ſolū ſpe p̄mij: ſ etiā ꝓpt timoꝛē ſuplicij hoies ad opa mie puocēt Scđo ad mōſtrādū q̄ nihil ita puocat deū ad rigoꝛē iuſticie ⁊ ad inferendū penā vt ita dicā crudelē: ſicut ipſa ipietas atq; defect⁹ pietatis Nam in eius defectu q̄tūcunq; ſola cibi negatio videat ipietas includit ibi. Tertio vt oñdatur q̄ nō ſolū ꝓpt mala opa. ſ etiā ꝓpt defectū bonoꝝ operū hō dānādus eſt. Uñ Mat. vij. Omis arbor q̄ nō facit fructū bonū: excidet ⁊ in ignē mittet. Et Mat. xxv. Fatue vgines ſolū ꝓpt defectū olei ẓdemnabant. Quarto vt ſm Greg. apte clareſcat. q̄ ſi tāta pena mulctatur q̄ ſua nō dediſſe ẓuincit. q̄ pena feriēdus ē q̄ aliena redarguit abſtuliſſe?

Sexta queſtio.

Sz nunq̄d erit talis diſceptatio de ſolis opibus mie? Et eſt dicēdū ſm Rich. q̄ in iudicio erit diſceptatio mētalis ⁊ vocalis. ℙrima erit nō tm̄ de oib⁹ in ſpāli ſ etiā in gñali: qz dic Augu. ij. de ciui. dei. c. xiiij. Uirtute diuina fiet vt cuiuſcūq; opa ſiue bona ſiue mala cūcta in me moriam reuocent. ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernant vt excuſet vel accuſet ſcientia cō

scientiã atq; ita simul vt oẽs ⁊ singuli iudicentur. Vñ Matt. xij. de oi ꝙbo ocioso qđ locuti fuerint ⁊c. Utrũ aũt vocaliter de alijs opibus sicut opibus miscẽdis talis disceptatio sit futura: nõ est certũ ꝟm Rich. Tũc rñdebũt ei dicẽtes. Uñe qñ te vidim⁹ esurientẽ ⁊ sitientẽ aut hospitẽ aut nudũ ⁊ sic de alijs: ⁊ nõ ministrauimus tibi. Excusare se satagũt q̃si deũ fallẽ possent q̃ homes ipos fallent Sz notãter adũtendũ est ꝟm Orig. q̃ supra iusti imorant in vno q̃ ꝙbo. iniusti aũt ħ nõ ita p singla ꝫ cursiz dicũt qm̃ ppriũ est iustoꝝ bñfacta in facie sibi relata diligenter ⁊ p singla refutare cã hũilitatis. malorũ aũt homiz est culpas suas excusatõis cã. aut nullas velle oñdere. aut leues ⁊ paucas. Tũc rñ debit illis dicẽs. Amẽ dico vob q̃ diu nõ fecistis vni de minoribꝰ his: nec mihi fecistis.

Q finis generalis iudicij erit dãnatio ipioꝝ ⁊ glificatio iustoꝝ. Ca. iiij.

Quarto ꝟsinuat circa iudiciũ finalis successus. q̃ duplex est. ꝑmus est impioꝝ scõs ꝙo est iustoꝝ. ꝑrimꝰ aũt ipiorũ erit pena etna. Nam ꝟm Bonauẽ. Impij ⁊ spũs maligni cũ illo q̃druplici igne in baratrũ intrudent. eo q̃ ignis ille exequit sniam iudicantis Vñ subdit. Et ibũt hi in supliciũ etnũ vbi erit dãnũ irrecupabile. dolor dispabil. pena inestimabilis. ꝓfusio itolerabilis. pauptas inexplebilis. nature ꝓsũptio miserabilis. rebellio inetna ⁊ etnã iplicabilis Infelix pctõr q̃d actur⁹ es in hora tanti iudicij q̃ tremore paueses? auditu futuri suplicij q̃ latibulo abscõdes te? Supra erit iudex iratus. subtus. infernus. parat⁹. iuxta oẽs sancti sniam iudicis approbãtes. ℈ angeli boni ad tartara ppellẽtes. a dexteris pctã accusantia. a sinistris ꝙo demones ad iferos trahẽtes. interi⁹ ꝓscia remoꝝ dẽs. exteri⁹ ignis exurẽs. Totus eni ille ignis q̃ pcesserit faciẽ iudicãtis ⁊ ois caliditas eius: oẽs dãnatos ꝓglomerãdo iuoluet ⁊ trahet ad inferos pctõres: ⁊ sic p̃cipitãt ruẽt i supliciũ sẽpiternũ. Tũc eni ꝟm ps. dñs in ira sua ꝓturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis Scõs aũt successus sequet iustoꝝ. q̃. s. erit gla sempitna. vñ seq̃t. Justi aũt i vitã eternã. Noieq̃dẽ vite etne dat intelligi gloriã etnalẽ vt ex ipo mõ loq̃ndi mãifeste oñdat. q̃ illa sola dicẽda ẽ vita. ꝛoẽ aliud mors ⁊ miseria sempitna. ⁊ q̃ nisi p q̃to oꝝ dinat in illã p tãto dicat aliq̃d pticipare ꝺ illa

Articulus. iij. de statu i quo remanebit totũ vniuersuz post iudiciũ vniuersale.

Tertio aũt ꝓsiderem⁹ circa iudiciũ gñale cõclusionẽ subsequntẽ. Nã ꝓsũmato iudicio gñali statim subsequet inouatõ mũdi. q̃ nõ cõplebit donec i mũdo pctõr erit. i. q̃scq; ꝺtrudent ipij ad infernũ. Nã sicut ille maxim⁹ ignis elemẽta purgabit cũ habeat expulsiuã ꝙtutẽ extrisece forme: sic mũdũ inouabit ⁊ in pulchriorẽ mutabit cũ habeat subtiliatiuã ꝙtutẽ. Mũdũ autẽ innouari debere ⁊ inducere pulchriorẽ formã oñdit triplici rõne. ꝑma est ppter hois glorificationẽ. scda ppter hois ꝓformatõez. tertia ppter hois delectationẽ. ꝑrimo aũt ppter hois glorificationẽ. Nã sicut dignũ fuit q̃ elemẽta purgarent⁹ p eo q̃ infecta erãt ppẽ hoiuz culpas. Ita etiã dignũ erat vt mũdus renouet ppter hois glorificatõz. Scõ ppẽ hois cõformationẽ ħ est vt totus mũdus put possibile est glorificato hoi ꝓformet. Tertio ppter hois delectatõz. q̃ mũdus iõ factus est. vt hõ in pñti per speculũ creature cog̃sceret creatorẽ quẽnũc in natura sua videre nõ pot. Iõ in futuro oportet speculũ meliorari vt in purgatõz ⁊ pulchritudinẽ creaturarũ ãpli⁹ resultet spũs creatoris. Hoc autẽ nõ erit ad necessitatẽ eo q̃ deus aliter videri nõ posset sicut mõ: ꝫ ad iocũditatẽ vt. s. delectatõi visiõis intellectualis addatur delectatio visibilis sensus in aspectu visibilis mũdi. Quarto addi pot q̃ id fiet ꝓpter creaturarũ remuneratõz. i. vt creature q̃dãmõ remunerent⁹ p laboze q̃ homi seruierũt. Circa hãc eni inouationẽ q̃ttuoꝝ mutatões cõtemplemur. ꝑmã elemẽtoꝝ. scdam planetarũ. tertiã dãnatoꝝ: q̃rtã beatoꝝ.

De inouatõe elemẽtoꝝ ⁊ q̃aliq̃ mõ ꝓformabunt⁹ corpib⁹ gloriosis. Ca. i.

Primo aũt ꝓtemplemur mutationẽ elementoꝝ. ꝑrimo eni terra erit sicut chrystallus ⁊ planabit⁹. ⁊ iz ħ p sẽptura sacrã nõ habeat. Scõ q̃dem aer erit clarior nec habebit impssiões q̃s patit mõ q: non ert nubes: nec vẽti: nec pluuie nec ros: nec grãdo: nec tonitrua: nec fulgura. Tertio ꝙo ignis ⁊ aq̃ erũt puriores: ⁊ mãebũt etiã nõ solũ ꝟm sbaz. ꝫ etiã ꝟm q̃litates suas q̃s nũc habent q̃tũ ad habitũ. ꝫ nõ q̃tũ ad vsum: q: cuz his duob⁹ elemẽtis magis vigeãt q̃litates actiue. s. frigiditas in aq̃: ⁊ caliditas in igne magis sunt generatõis ⁊ corruptõis pncipiũ. ⁊tales effectus illoꝝ nõ erũt ampli⁹. Et ppẽ ħ interire dicunt. Uel iõ interire dicũt ꝟm aliqs q: dns inducet i illis ꝟm Basiliũ sup illo ps. vox dñi inscidẽtis flãmã ignis. ita q̃ illo est calidũ vstiuum ⁊ frigidũ glaciale inferi⁹ tenebit. Nã de oibus elemẽtis ignobile tẽdet deorsuz sicut grossum terrenũ ⁊ opacũ ⁊ tenebrosum ⁊ hmõi ad cruciãdũ dãnatos vt verificet illo Sap. v. pugnabit p eo orbis trarũ ℈ insensatos. pspicuũ aũt in aq̃ ⁊ lux in igne manebũt: ⁊ ascẽdet sursũ

ad letificandu3 beatos. Un̄ Tob. xiij. beatus ero si fuerit reliq̄e semis mei ad vidēdā claritatem hier'm Ex his patet q3 termīabūt trāsmutatiões elemēto3 7 generatiões aialiū 7 plāta rū q2 eē isto3 cessabūt. Et ppt̄ h3 dicūt iterire elemēta: nō q̄ ad subam: s3 q̄tuz ad actionem 7 passionem. Scōm enī Rich. in. iij. di. xxvij. Queniens ē q3 cū inouabit homo lux etiā i coz pozib3 celestib3 adaugeat. 7 ex ꝓsequenti q3 elemēta abūdāti3 illuminēt q̄ mō: q2 a coz̄pib3 recipiēt maiozē lumis influētiā. Utz aūt p̄ter illā claritatē quā a coz̄pibus celestibus recipiēt lux eis alia imp̄mat incertuz est. tñ nullū est inconueniēs si ꝓcedat q3 sic. 7 tunc sicut aie electe dāa i eēntia 7 i ꝓpzietatib3 naturalibus. sic coz̄pa inferioza p suā illustrationē aliq̄lit coz̄tia 7 ꝓpzietatib3 ꝓformabūt, salua dāa in essentia 7 ꝓpzietatib3 naturalib3. Terra tñ nō illuminabit nisi in supficie. Si enī in suo pfundo illumiaret: imp̄ illud lumē videret. q̄ visione oīno indigni sunt vt notum est.

Questio circa dicta.

Sed nūquid oīa aialia bruta 7 vegetabilia destruent? Dicēdū q3 s'm Rich: vbi. s. q3 creatura3 q̄dā sunt incoz̄ruptibiles s'm se totas: sicut sunt angeli boni 7 mali et coz̄pora celestia. Quedam sunt coz̄ruptibiles s'm se totas sicut sunt mineralia vegetabilia atq3 bruta. q̄dā vero sunt coz̄ruptibiles s'm ptē minus p̄ncipalez 7 incoz̄ruptibiles s'm ptē magis p̄ncipalez. sic homies q̄ sunt incoz̄ruptibiles s'm spm̄. q̄dam sunt coz̄ruptibiles i ptibus 7 incoz̄ruptibiles in toto non q̄m̄ eoz̄ natura tota ex pte sua coz̄ruptibilis ē. sed q2 p̄p̄t ordinez mūdi nō adest coz̄rūpens 7 tales creature sunt elementa Statui incoz̄ruptibili nō ꝓueniūt q̄ s'm se tota coz̄ruptibilia sunt ex sua natura 7 s'm ordinē mūdi: 7 ideo talia nō remanebunt: sicut sunt mineralia vegetabilia 7 bruta. Hēs aūt alie creature remanebūt ea q̄ in pte coz̄ruptibiles sunt s'm se totas incoz̄ruptibiles efficient.

De inouatione oꝛbiū 7 planetaruz et quāto splendoꝛe fulgebunt

Capitulum. II.

Secūdo ꝓtēplemur mutationez planetarū. Oꝛbes enī celestes 7 sidera ppter imp̄mixtionē nullam h̄n̄t impuritatē sicut h̄n̄t elemēta: s3 tm̄ hab̄t mot3 i ꝓfectionē. ideo innouabunt s3 non purgabūt. Innouatio enī i illis duo de necessitate requirit. p̄mo mot3 cessationē: scōo splēdoꝛis augmētionem. Primo aut̄ q̄tum ad mot3 cessationē notandū ē. q3 mot3 omniū coz̄poz̄ supcelestiū cessabit. Un̄ Apoc. x. Angelus quē vidi stare supza mare 7 supza terrā leuauit manū suā ad celū 7 iurauit p viuētē in secula seculoz̄ q̄ creauit celū 7 ea q̄ in eo sunt. et mare et oīa q̄ in eo sunt: q3 tps ampli3 nō erit. Cōfirmatur aūt h3: q2 tūc oīa erūt in dispositiōe ꝓfecta. Un̄ melioz est dispositio q̄etis q̄ motus. Itē sol remanebit i oriēte 7 luna in occidente vbi p̄imo creata sunt. 7 firmamētum sicut creatuz fuit ip erit pleniluniū. sic enī ab antiq̄s theologis tradītū fuit ppt̄ optimā vniūsi dispositiōez Secūdo aūt q̄tuz ad splēdoꝛis augmentationem Addūtēdū est q3 lux solis erit septuplicit̄ sic̄ lux septē dierū. 7 lux lune erit sic̄ lux solis. Unde Esa. xxx. c. ait. Erit lux lune sic̄ lux solis 7 lux solis erit septēplicit̄ sic̄ lux septē diez̄ in die q̄n alligauerit dñs vuln3 p̄ū sui 7c̄. Rō hoꝛum ē q2 coz̄pa supioza ad vsum hois duplicit̄ facta sunt. p̄mo ppt̄ necessitatē. scōo ꝓpter delectationē. Primo ppt̄ necessitatē scz coz̄pis videlicet q̄ ad statū generatiōis 7 coz̄ruptōis. et cessante illo cessabit motus Scōo ppt̄ delectationē scz ip̄ius hois vt delectaret̄ ppt̄ deū in pulchꝛitudine creature sicut delectabat̄ ps̄ dicēs. Delectasti me dñe i factura tua 7c̄. Insup fuerūt creata vt hō p illa ascēderet in creatoꝛis sui cognitionē: ideo lux eoz̄ non cessabit s3 augebit̄ sicut p̄dictū est. Talia q̄dez celestia coz̄pa adepta q̄ete 7 lumine clariꝛi dicunt̄ remunerari vt. s. patuit Uerūtm̄ illa q̄ sicut dixi mus interierūt in homie saluabunt̄. eo q3 hō s militudinē h3 cum oī genere creature. 7 ideo i hois innouatiōe 7 glorificatiōe dici p̄t oīa innouari 7 renouari quodāmodo.

De tormentis inferni et varietate acerbitate et eternitate pene 7 potest de hoc capitulo fieri sermo.

Capitulum. III.

Tertio ꝓtēplemur mutationez damnatoz̄. Nēpe dānati q̄3 7 demones erūt clausi i inferno sic̄ in carcere: in tm̄ q3 inde nunq̄3 egredi p̄nt licz mō discurrere queāt p hūc aerē caliginosū. Un̄ Esa. xxxiij. Claudent̄ ibi in carcere: qō p̄t esse thema. Un̄ impante dño discedite a me maledicti in ignez eternū 7c̄. Eis erit parere necesse: 7 ō obia executiōi stati mādāda dñs subdit dicēs. Ibunt hi i supliciū 7c̄. qō p̄t eē aliud thema. In cruciatib3 carceꝛ iferni 7 oiuz dānatoz̄ tria erūt. p̄mo in cruciatib3 varietas. scōo acerbitas. tertio eternitas. Primo erit ibi in cruciatib3 varietas. dignuz ē enī q3 ibi nō remaneat dedecꝛ culpe sine decoꝛe iusticie Triplex enim erit ibi varietas cruciat3. Prima erit p̄uatio lucis. secūda pbatio ignis. tertia afflictio vniuersalis Nēpe hac pena multiplici punient̄ s'm q3 mul

timoda deordinatio ē in q̄libet mortali culpa. In oi eñ mortali pctō ꝫ tria inueniunt. ꝑmo deordinata aūsio. scdo deordiata ꝓūsio. tertio deordiata volūtas seu affectio. Primo ē ibi deordiata aūsio. s. a sūma luce ⁊ bōitate ⁊ huic debet ꝑuatio lucis. i. carētie dine visionis. de q̄ Job. xxi. Videbūt oculi ei⁹ interfectionē suā ⁊ de furore oipotētis bibet. Qui videt mortē ꝑuat⁹ visiōe vite ē. Et Mat. xxij. ait dñs. Ligatis mānib⁹ ⁊ pedib⁹ ⁊c. Que q̄dē tenebre ita dēse sūt: q̄ nulla luce penetrari ꝑnt. Vñ Sap. xvij. Ignis q̄dē nulla vis poterat illis lumen ꝑbere: nec sydera lympide flāme illuminare poterāt illā horrēdā noctē. Venerūt eñ vt dicit Job. x. ad terrā tenebrosā ⁊ optā mortis caligine: vbi vmbra mortis et nullus ordo ꝫ sempiternꝰ horror inhabitat. Et ꝑm Hiero. magꝭ affligit dānatos videre q̄ ꝑuati sunt glīa: q̄z cruciari q̄cunq̄ alia pena sensitiua. Erit autē i inferno aliq̄d obscuri lumis q̄ scz dānati videre possint vñ doleāt: nō vñ delectent. Unde ps̄ Pctor videbit ⁊ irascet: dentib⁹ suis fremet ⁊ tabescet. Videt tñ reprobi vsq̄ ad diē iudicij q̄nq̄ btōr glīaz i vniūsali ⁊ nō i pticulari. Vident eñ oēs i magna glīa ꝫ nō i eq̄li: sicut pauperes ex domū cogitāt delectatōes comedentiū. tñ in pticulari nesciūt q̄d diuites comedāt De hmōi visione non letant sed tristant. tum ꝓpter inuidiā alienę felicitatis: tum ꝓpr carētiā ꝓprie beatitudinis. Post iudicium ꝙo ita ad ꝓprias penas eor cōsideratio flectet: q̄ de sanctor glīa non poterint cogitare. Scz q̄ masli resument corpus deforme atq̄ passibile ⁊ tāta ignominia plenū ideo anima resumēs illud stupebit quādo videbit ipm: ac potius vellet habere tale q̄le erat: quādo dimidiū a vermib⁹ cōmestum fuerat. Secūdo ē ibi deordinata ꝙuersio scz ad cōmutabile bonū ⁊ huic debet afflictiua pena scz ꝓbatio ignis ꝫ est materialis incēdij. De q̄ Job. xx. Deuorabit eū ignis q̄ non succendit: affliget relictus in tabernaculo suo. Et ps̄. de dño ait. Pluet sup peccatores laqueos ignis sulphur ⁊c. Quis autē ille ignis cū sit corpor⁹ naturalit agē nō possit in spm ipm calefaciendo: agit tñ in ipm vt instrumētū diuine iusticie ipm ledendo. Et talis dolor maxim⁹ est: tum ꝓpter potentiā diuine manifestatis ignem illū mouentis: tū ꝓpter sensibilitatem patiētis. tum ꝓpter imediationem ꝙūctionis. Tertio est ibidē deordinata voluntas seu affectio que cū libera sit ꝙtra dictamen recte rōnis peccare cōsentit ⁊ huic debetur pena scz afflictio vniuersalis: q̄z ex ꝫ q̄dāmodo vniuersa mala ortum hñt. Vñ Job. xx. Cum satiat⁹ fuerit. s. delectatōib⁹ pctōr artabitur: estuabit. ⁊ ois dolor irruet i eū Vñ ps̄ ad dñz ait de dānatis. In reliquijs tuis ꝑpabis vultū eor. Reliquie q̄dem dñi sūt infern⁹ ⁊ terra. de⁹ eni est lux: ⁊ reliq̄e lucis tenebre cōprobāt Ideo Mat. xxv. de inutili ꝙo ait dñs. Ejicite eū in tenebras exteriores. Et merito dicunt exteriores: q̄z extra lucem dñi sunt. In his reliquijs siue ad has reliq̄as ꝑparabit dñs vultū eor scz pctōr: qñ in die iudicij dicet. Discedite a me maledicti i ignē eternū. dicit eñ vultus eor. nec noīat aliq̄ē sensum determinate: sed insimul oēs sensus. ad q̄ius ponderandū ⁊ ad exp̄mēdū sensus corpales ⁊ spūales q̄ insimul in inferno cruciabunt. Primo eñ visus in tenebris erit. iuxta illud Esa. lix. Impegimus i meridie q̄si i tenebris: i caliginosis q̄si mortui Insup horrebūt: q̄z videbunt faciem diaboli. vñ Joel. ij. A facie eius scz diaboli cruciabūtur ꝑti. Scdo audit⁹ erit in clamore horribili iuxta illud q̄d sequit Esa. lix. Rugiem⁹ q̄si vrsi oēs. Et Sophō. j. In die illa dicit dñs vox clamoris a porta piscium ⁊ vlulat⁹ a secunda. Tertio odoratus erit in fetore Apoc. xix. Qui missi sūt in stagnū ignis ⁊ ardētis sulphuris. Quarto gust⁹ i amaritudine maxia Hiere. ix. Ego cibabo populū istū absynthco: ⁊ potū dabo eis aquā fellis. Quinto tact⁹ erit in ardore Esa. xxxiij. Quis habitabit ex vobis cū ardorib⁹ sempiternis? Quis vestrū poterit habitare cū igne deuorante? Et q̄z omnes p̄dicti sensus corpales ⁊ spūales crucient: ibidem tñ ratio patiet. sup oēs sensus. Unde ps̄. Conuertet dolor ei⁹ in caput eius. i. in mentē eius ⁊ in verticē. i. in rōnē ipi⁹ iniq̄tas ei⁹ descēdet ꝫ est etern⁹ cruciat⁹ p iniq̄tate. Merito eñ rō q̄ui⁹ punit. q̄z scz duplici pena scz igne ⁊ ꝙme De q̄b⁹ Esa. i fine. Vermis eor nō morit. et ignis eor nō extiguet. caro aūt tñ i igne. Est eñ q̄si regla generalis q̄ maximi maxie puniētur. Vñ Sap. vj. Potētes potēter tormenta patiēt. Porro p verticē rō designat. Dicitur eñ vertex ꝑm Cassio. eo q̄ capillos dextra leua q̄ vertet ⁊ notat officiū rōnis q̄ ē discerne re ꝓprie q̄ dz ꝙuertet dolor ei⁹ ⁊c. q̄z peccatū ab interiori ad exterius egredit. quia primo a corde Mat. xv. de corde exeunt cogitationes male ⁊c. Pena autē ecōtrario ab exteriori ad interius ingredit. Sed cum vertex ⁊ rō sit in sūmo videt q̄ male dicat. in ꝙtice ipi⁹ iniq̄tas eius descēdet. Dicēdū q̄ p verticē innuit naturā peccati: eo q̄ i peccato rō cadat: ⁊ se sensualitati submittit. cui pesse deberet.

Penarū acerbitas triplex est.

Scdo aūt erit ibi penarum acerbitas. Punient eñ pena acerba ꝫm q̄ deordinatio i peccato fuit libidinosa. Esa. xxvij. ait. In mēsurā

ꝓtra mẽsurã cũ abiecta fuerit iudicabit. Et ite
rũ .xxviij. dicẽ dñs. Ponã i põdere iudiciuz ⁊
iustitiã in mẽsura. delectatio eñ libidinosa pu
niri debet ꝑ iustitiã afflictiuã. ꝓma erit abie/
ctio .scda afflictio .tertia ꝓsumptio Ꝓma
eñ tristitia erit abiectio Spũs eñ rõnalis pec
cando ꝙuertit se ad amorẽ ppꝝium ⁊ ad bonũ
ꝑticulare libidinose amandũ : ⁊ ex hoc cõtem-
ꝑsit diuinũ impiũ ⁊ diuini amoris dominiuz.
Hinc ẽ ꝙ ad h ꝙ delectatio illa imꝓoba perse
cte puniaꝝ in q̃ simul ẽ delectatio cũ ꝓtemptu:
necesse ẽ ꝙ ad punitionẽ illi⁹ cõtẽpt⁹ ⁊ delecta/
tiõis pctoꝝ siue sit spũs siue hõ ꝑcipitetur i lo-
cũ infimũ ⁊ abiectũ a statu glorie oĩno elonga
tũ scz in ꝓfundũ inferni. Vñ Esa. xiiij. Detra/
cta est ad inferos superbia tua. Necesse est etiaz
ꝙ ibi exponaꝝ affligẽdus infime nature ac per
h nõ a spũali patiaꝝ: s a corꝑali ⁊ infima. id est
a fecib⁹ corꝓoꝝ mũdanoꝝ q̃ ab elemẽtis in die
iudicij sicut dictũ est in purgatiõe eoꝝ i infer/
nũ cũ reꝓbis deponenꝝ vt in fecib⁹ deligãꝝ.
vñ ꝓpter imundiciã infern⁹ dr lac⁹ vbi. s. oẽs
sordes fluũt q̃si in latrinã. Vnde ps. Cõminu-
am eos vt puluerẽ ante faciem venti vt lutum
platearum delebo eos: quod collectũ in foueã
mittitur. Ideo infernus dicit lacus diuine ire
Apoc. xiiij. Vindemiauit angelus vineã ter/
re: ⁊ misit in lacum ire dei magnũ. Per hũc la-
cum ꝓprie notaꝝ infernus q̃ est lacus miserie i
quo est lutum fecis peccatoꝝ sicut dicit ps.

Scda miseria erit afflictio. Vñ eñ spũs q̃
ꝑ naturam ꝓponit corꝑi ⁊ in corꝑus influere
habet ⁊ ipm mouere dignitatem nature ꝑ cul/
pam puertit: ⁊ se subiecit quodãmodo vili:tati
⁊ nihileitati peccati. Hinc est ꝙ fm ordinẽ iu-
sticie debet ordinari vt tam peccatoꝝ q̃ homo
igni corꝓoreo alligeꝝ. non vt in illũ influat vi/
ta sed vt diuino decreto suscipiat penã. cuz eñ
rei quã horret ꝑ timorẽ diuinit⁹ imissuz ⁊ quã
sentit ꝑ vim naturalis sensus sic inseparabilit al-
ligatur: necesse est ꝙ acriter tormentetur. Vñ
de talib⁹ afflictionib⁹ Deut. xxxij. dicit dñs.
Congregabo super eos mala: ⁊ sagittas meas
cõplebo in eis. Sagitte dñi sunt septem gene-
rales ⁊ naturales pene q̃ ꝓmis parẽtibus ꝓpt
peccatũ sunt infixe. s. fames. sitis. frigus. estus
infirmitas. lassitudo ⁊ moꝛs. Has q̃dem sagit-
tas intendit dñs in arcu cõminatiõis Gen. ij.
q̃ ait ade. Quocũq̃ die comederis ex eo moꝛ
te moꝛieris. Et statim cum comedit adam infi-
xit domin⁹ has sagittas in illo: ⁊ nobis in eo.
Vñ ps. d se ait. Vñ sagitte tue infixe sũt mihi
Nec tm̃ ait fixe sed infixe. multũ eñ intime fixe
fuerunt que etiam nos in ipo vulnerauerunt.
Unde Job. vj. Verba mea doloꝛe sunt plena
q: sagitte domini in me sunt. Unde ps. Arcuz
suum tetendit ⁊ parauit illum ⁊ in eo pauit va
sa moꝛtis sagittas suas ardentib⁹ effecit q̃ sunt
septem ꝑdicte miserie inferni. Arcus etiaz nũc
tensus est scz cõminatio eterne dãnatõis. Va-
sa moꝛtis sũt septẽ dicte miserie inferni. et has
dñs ardentib⁹ effecit: cuz igne peccati oꝛiginа-
lis ⁊ fomitis succendit. Nec tamen in homie ꝑ
fatas sagittas adhuc compleuit: sed tetẽdit ar-
cum ꝓtra obstinatos cõminando eternã dam-
nationẽ dicens. Sagittas meas cõplebo i eis.
Has siqdem sagittas in inferno complebit: qz
ibi est fames insatiabilis. secũdo sitis irrefrige
rabilis. tertio frigiditas intolerabilis. quarto
estus irremediabilis. qnto infirmitas misera/
bilis. sexto lassitudo inq̃etabilis. septio moꝛs
interminabilis. Ꝓmo est ibi fames insati/
abilis. Nam Esa. xxxv. dicit domin⁹. Serui
mei bene comedent ⁊ vos esurietis. Ps. famẽ
patienꝝ vt canes. q̃ vlulant quãdo famescunt
sic vlulabũt ipi ex fame. ⁊ ipi erunt q̃ nũc dicũt
non possum ieiunare ⁊ fingunt Secũdo erit
ibi sitis irrefrigerabilis. Unde Esa. vbi. s. ser
ui mei bibent et vos sitietis. Unde Luc. xvj.
epulo ille diues ardens in lingua guttaz aque
petijt quã tamen non habuit Tertio erit ibi
frigiditas intolerabilis Job. xxiij. Ad nimiũ
calorem transeunt ab aquis niuiũ. Quarto
erit ibi estus irremediabilis Apoc. xvj. estua
uerunt. id est. estuabũt homines estu magno.
Et merito: qz intus ⁊ extra in corꝑe ⁊ anima i
censi erunt sicut ferrũ ⁊ alia metalla succendũ-
tur in igne Ezech. xxij. Omnes isti es et stannũ
⁊ ferrum ⁊ plumbũ i medio fornacis. Quin
to erit ibidem infirmitas miserabilis Esa. xij.
Torsiones eos tenebunt q̃si ꝑturiẽtes. Se
xto erit ibidem lassitudo inq̃etabilis. Erit eñ
tanq̃ pugil ligatus qui nec se extendere nec cõ
trahere nec reuoluere posset Mat. xxij. Liga
tis manibus ⁊ pedibus ꝓicite tẽ. Et iterum
Mat. xiij. Colligite ꝓimũ zizania ⁊ alligate
ea in fasciculos ad cõburendũ Septimo erit
ibi moꝛs interminabilis Unde Apoc. ij. Qui
vicerit non ledeꝝ a moꝛte secũda. Moꝛs enim
ꝑma sꝑatio est anima a deo per moꝛtale pecca
tum. Moꝛs vero secũda ẽ recessus dei ab ani
ma ꝑ eternũ supliciũ Unde ps. Moꝛs pecca
toꝝ pessima. Nam fm Greg. xv. moꝛtalium.
Cuius vita moꝛtua fuit in culpa eius moꝛs sꝑ
viuit in pena. cruciaꝝ ⁊ non extinguiꝝ moꝛitur
⁊ viuit. deficit ⁊ subsistit. finit semp ⁊ fine caret
Hec autẽ solo auditu sũt terribilia q̃to magis
passione. Tertia aũt tristitia erit ꝓsumptio.
Quia eñ illa peccati deoꝛdinatio et reat⁹ fm
quã moderaꝝ actio ignis in eodẽ. ẽ vniformis
et nunq̃ crescit nec decrescit nec mutaꝝ. Hinc
ẽ ꝙ diuino imperio oꝛdinãte ille ignis sic agit.

qz semp vrit z non ꝯsumit. semp affligit z non interimit. qz nõ agit ad sue forme multiplicationẽ: sed ad pacis anime in corpe pturbationẽ siue ipius spũs i seipo. vñ nõ fit noua adeptio sed adepte pacis pturbatio. vñ sic i eadẽ pena nec acerbitas eternitatem nec eternitas tollat acerbitatẽ. Unde ps. Sicut oues i inferno positi sũt mors depascet eos scz mors eterna. Sicut eñ aialia depascunt herbas qz penitus nõ eradicant eas sed remanẽt radices vnde iterũ crescit herba: sic miseri in inferno corrodent a morte sed afflicti iterũ reseruabunt ad penas. Cõsument etiam eos demones Unde Deut. xxxij. Deuorabũt eos aues morsu amarissimo Et iterum ꝓpheta in ꝑsona dñi ait dicẽs. Dẽtes bestiaz immittam in eos cum furore trahentium sup terram atq serpentiũ.

Eternitas penarũ erit ꝓpter tria.

Secundū pctm̄ est luxuria ⁊ lasciuia. s. lasciua vita mlto. s. cum plis totus plenus est fornicatōib⁹ adulterijs publicis stu pris sacrilegijs incestib⁹ carnalib⁹ ornamentis maxime in superfluis p̄ciosis extraneis vanis ⁊ monilib⁹ vestimētis que postq̄ in ciuitate mlt̄ plicata sunt: si angelus de celo descēderet: vl paulus forte: vel christus: ⁊ cōtra hec talia ve stimenta: ⁊ superflua p̄dicarent. credo q̄ victori am non haberent. tum ꝓpter auaricia: q̄ viri talia destruēdo vel vendēdo optatū p̄reciū nō haberent: tum q̄ vanis mulieribus nimis du rum est hec iam habita amouere. tum q̄ iudi cium dei excecās hoc pctm̄ exposcit. Ait ꝓ ta libus amouēdis cū multiplicata sunt nullū re mediū repit sicut in plurib⁹ ciuitatib⁹ exptus sum: nisi dei flagellū cum quo tanta superfluitas

per stipendarios in gyroneis ; ⁊ alijs exterminijs expruget. Vñ Joh.j. Hec filijs vris narrate ⁊ filij vri filijs suis: ⁊ filij eoꝝ generatõi alteri Residuũ eruce comedit locusta. ⁊ residuũ locuste comedit bruchus: ⁊ residuũ bruchi comedit rubigo. Eruce sũt armoꝝ capitanei. locuste sunt viri armoruꝝ bruchi sunt saccomãni: rubigines sunt rubiginosi iuuenculi qui in stabulis gubernãt equos. Sequit. Expgiscimi ebrij ⁊ flete ⁊ vlulate oẽs qui vinũ bibitis i dulcedie: qm̃ perit.i. periet seu pibit ab ore vestro. Gens enī ascendet super terram meã fortis ⁊ innumerabilis. Dentes eius vt dentes leonis. hec est gens equestris. ⁊ molares eius vt catuli leonis hec ẽ gens pedestris. posuit.i. ponet vineã meã.i. ciuitatẽ ⁊ patriã in desertũ et vicũ meã.i. deliciositatẽ ciuitatis mee decoꝝticauit. Vide multa que ibi sequũt quia mirabilia sunt. Nauz.iij. Ue ciuitati sãguinum.i. carnaliũ delectationũ. Et sequit. Coꝝruent in coꝝpib⁹ suis ꝓpter multitudinẽ fornicationũ.

Q; ꝓpter defectum vtiliũ cõsilioꝝ qñq; patrie flagellant. Ca.III.

Certiũ pctm̃ est insipiẽtia.i. defect⁹ vtilium ꝓsilioꝝ Naturale ꝙo est q; luxuriosa ⁊ lasciua vita obtenebrãs intellectum: sapia ⁊ puidis cõsilijs ꝓuet. Raro vel nunq; reperit vt homo carnalis lasciuus aut luxuriosus sani cõsilij sit. Ideo multiplicat alijs peccatis iudicio dei fit: vt qui iminẽtibus periculis puiderẽt: obtusa intelligẽtia remedia nõ cognoscãt Vñ signo crucis cum se muniãt aut se signare cupiãt in oculũ ꝓximũ suo digito insperato impingũt. Vñ Esa.xxvij. Ciuitas eñ munita desolata erit spaciosa relinquet ⁊ dimittetur quasi desertũ. Ibi pascet vitulus: ⁊ibi accubabit ⁊ consumet sũmitates eius: in siccitate messis illius cõterent mulieres: venientes ⁊ docentes eam. Non est enī ꝓs sapiens: ideo nõ miserebit eius. Qui fecit eum: ⁊ qui formauit eum nõ parcet ei. Et in ps̃. Omnis sapiẽtia eorum deuorata est. s. a multitudine pctõꝝ: ⁊ maxime a luxuria. Vñ Eccl.viij. Cum fatuis nõ habeas ꝓsiliũ: nõ enī poterũt diligere nisi que ipsis placẽt. Vñ Job.xj. In antiqs est sapia et ꝓuõ.viij. Ego sapiẽtia habito in cõsilio et eruditis interssum cogitatõibus.

Q; ꝓpter iniustias patrie sepe flagellant: ⁊ dominia transferunt.

Capitulum.IIII.

Quartuꝝ pctm̃ ẽ iniusticia: ⁊ maxie cũ coꝝrectões deficiũt vetꝰ pctõꝝ Dia ꝙo regimina ciuitatũ ⁊ dñioꝝ iusticia ornant: defendant: ⁊ cõfirmant. Vñ ꝓuõ.xvj. Abominabiles regi qui agũt impie: qm̃ iusticia firmatur soliũ eius. Vñ ps̃. Brachia pctõꝝ cõtrent: cõfirmat autẽ iustus dñs. Quidã autem sub specie pietatis iusticie aduersant. non intelligentes q; si delinquẽtes impune agunt. iusticia perijt. mala multiplicant: q; alij similia facere audent ⁊ peioꝝa. pax violat ⁊ sanctarũ institutionũ frangit fedus. Que mala non suffe/rens: deus mutat regimina ciuitatũ patriaruꝝ et regnoꝝ. Unde Eccl.x. Regnũ a gente in gẽtem transfert ꝓpter iniusticias: iniurias: et cõtumelias: ⁊ diuersos dolos: ⁊ maxime: q; talia etiã non puniunt. Vñ ps̃. ꝓpter iniustici/as enī suas humiliati sunt. Ut igit dicit Sap. j. Diligite iusticiã qui iudicatis terrã. Ad hec igit scelera coꝝrigẽda ne dñs habeat patriã flagellare increpãda est ꝙgregatio tauroꝝ in vaccis ꝓꝰ: q; de his oĩbus vindex est dñs. s. si non emẽdauerint se.

Articulus.III. de quadruplici iudicio atq; punitõe quibus flagellant ciuitates: ⁊ patrie ꝓpter scelera auaricie ⁊ cupiditatis.

Tertũ vitium increpandũ est auaricia. s. vt dñi ⁊ regimina ciuitatũ exẽludãt eos qui incoꝝrigibiliter ꝓbati sunt argento.i. denarijs enceñijs munerib⁹: ⁊ sic ꝺ alijs cupiditatib⁹. Quatuoꝝ enim pctã sunt ex auaricia oꝝiginẽ sumentia: ꝓpter que deus flagellat ciuitates ⁊ patrias. ꝓximũ est symoniarũ ⁊ cõcussionũ abominatio. Scõm est rapinarũ multiplicatio. Tertium est pauperũ oppressio. Quartũ est beneficiorum diuinoꝝ ingratitudo: ⁊ de oĩbus his: vindex est deus.

Q; per simonias atq; multiplices concussiones patrie flagellant.

Capitulum.I.

Primũ est simoniarũ ⁊ ꝙcussionũ abominatio. Simonia est i spũalib⁹ ꝙcussio ꝙo in tpalib⁹. Simonia est studiosa voluntas emẽdi: vel vendẽdi aliqꝺ spũale vel spũali annexũ. Spũale vt est ordo vel aliqꝺ sacrm̃ vt aiarũ cura ⁊c. Spũali annexũ est vt iuspatronatus ⁊c. de quibus creuit fetoꝝ vsq; ad nares dñi sabaoth Concussiones ꝙo sunt cum q̃dam in officio ꝓstituti extoꝝquẽt a subditis aliquid per metũ: aut cum nolunt facere aꝺ qꝺ tenent̃ nisi pecunia data: vel cuz officiales vltra stipẽdia eis data aliq̃d aliq; modo extoꝝquẽt Sunt enim q̃dam qui vadũt ad furandũ occulte cuz tremoꝝe sicut faciũt fures q̃ occulte domos ingredientes furant̃ que possunt: similit̃ ⁊ predones: qui in vijs ⁊ siluis aggrediunt̃ et expoliant transeũtes ⁊ tales siluestres fures vocant̃ Sunt tñ alij multi qui aperta fronte sub prete-xtu: ⁊ in signũ iusticie explicato vexillo noie cõ

munis vtilitatis ad officia pergũt ad ꝓximũ exco/riandũ: q̃ ꝯtas extorsiones euisceratões cir cũuentões malicias fictões: ꝓmissiones inde/bitos fauores: impios: terrores: aliasq; machinatões ad pecunias exhauriẽdas agant: noue runt in q̃busdã patrũ ſ miſeri ꝓximi. qui talia ſunt experti. Hi ſunt domeſtici fures tanto q; ſilueſtribus peiores ſeu ꝓnitiores: q̃to ſunt ceteris ſecuriores cum nedũ puniant ꝛ ſuſpendant vt ꝑdones ꝛ fures ſed etiã a conſulib⁹ defenſant: laudant: ꝛ honorant. fiunt q; alter alteri in exemplũ atq; tutelã. Sed audiãt dñi: ꝛ ciues q̃d dicit. iij. Reg⁹. xx. Dixit ꝓpha. i. ꝑdicator ad regẽ achab. Quia dimiſiſti virũ dignũ morte. ſcz benadab: aia tua erit ꝓ aia eius: ꝛ ꝓpls tuus ꝓpło eius. Audiãt q̃d eis dicat ꝓpha. Eſa. ix In ira dñi exercituũ ꝯturbata erit terra: ꝛ erit ꝓpls quaſi eſca ignis. Vir fratri ſuo nõ parcet. ꝛ declinabit ad dexteraz: ꝛ eſuriet: ꝛ comedet. ad ſiniſtraz: ꝛ nõ ſaturabit. Unuſquiſq; carnẽ brachij ſui vorabit.

De exterminio q̃ flagellant patrie et ciuitates ꝓpter rapinas ꝛ impie acquiſita ꝛ cupiditate poſſeſſa. Cap. II.

Secundũ pctm̃ eſt rapinaz multiplicatio. Nullũ violentũ ꝓpetuũ. Quieſcũt eni creature ꝛ ꝓſeruant in locis ſuis. leuia q̃dem ſurſum: ꝛ grauia deorſum: ſi autẽ in alienis locis ponunt ad loca ſua ꝓpria reuertũtur. Sic ꝯtingit de diuitijs mũdi. Si eni acq̃runt: vſuris: rapinis: mẽdacijs: piurijs: falſis ponderib⁹ ſeu meſuris: ꝛ venditiõe tpis: ꝛ terminoz. vendẽdo ꝛ emẽdo in locis ſacris i diebus feſtiuis cum ſcotis retrãgolis ſchamacijs: vel alijs malicijs fraudib⁹: ꝛ violẽtijs. Cui dubium q; tales diuitie cito veniũt: citiuſq; recedunt? Vñ ꝓuerb. xij. Suba feſtinata minuet que aũt paulatim colligit manu multiplicat. Vñ Abachuc. ij. Ue ei q̃ multiplicat non ſua. Uſq; q̃ aggrauat ꝯtra ſe denſum lutũ. Nunq̃t non repẽte reſurgẽt q̃ mordeãt te ꝛ ſuſcitabunt lacerãtes te: ꝛ eris i rapinã eis. Quia tu ſpolia ſti gentes multas: ſpoliabũt te oẽs q̃ reliq̃ fuerint de ꝓpls ꝓpter ſanguinẽ hois. Sequit Ue q̃ congregãt auaricia malã domui ſue: vt ſit in excelſo nidus ei⁹: ꝛ liberari ſe putat de manu' mali ꝛ ſilua: multa igit: ꝛ Eſa. xxiij. Ue q̃ ꝑdaris nõne ꝛ ipſe ꝑdaberis? Sequit. Cum ꝯſumaueris ꝑdatõe ꝑdaberis.

Q; patrie ꝛ ciuitates maxie flagellant ex oppreſſione pauperũ viduaz atq; orphanoz ꝛ pupillo z. Cap. III.

Tertiũ pctm̃ patrie exĩmiatiuũ eſt pauperũ oppreſſio pupillo z atq; viduarũ deuoratio: inſup' eccliaſticoz bonoruz vſurpatio qui chriſti paupes ſunt. Vñ Eccs. iij. Uerti me ad alia: ꝛ vidi calũnias que ſub ſole gerunt: ꝛ lachrymas innocentiũ: ꝛ neminẽ cõſolatorẽ: nec poſſe reſiſtere eoz violẽtie cuncto z auxilio deſtitutos. Et laudaui mag⁹ mortuos q̃ viuẽtes. Vñ ꝓuerb. xxx. Eſt generatio que ꝓ dentib⁹ gladios habet: ꝛ cũ mandit molarib⁹ ſuis. vt comedat iopes de terra. i. ruſticos ꝛ paupes ex hoibus hoc eſt artificeſ. Et Eſa. x. Ue q̃ ꝯdunt leges iniquas. ꝛ ſcribẽtes iniuſticias ſcripſerũt. vt oꝓmerẽt in iudicio paupes. ꝛ vim faciant cauſe humiliũ ꝓpli mei: vt eſſent vidue ꝓreda eorũz: ꝛ pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitatõis ꝛ calamitatis delonge veniẽtis? Ad cuius ꝓfugietis auxiliuz? Et Eccl⁹. xxxv. Nõne lachryme vidue ad maxillã deſcẽdũt: ꝛ exclamatio eius ſup deducẽtes eas? A maxilla eni aſcẽdũt vſq; ad celum: ꝛ dñs exauditor nõ delectabit in illis. ſcz cum clamabũt. ꝓuerb. xxiij. Ne attingas paruulorz terminos: ꝛ agrũ pupillorz ne introeas ꝓpinquos eni illorz fortis eſt: ꝛ ipſe iudicabit cõtra te cauſam illorz. Et q; verũ ſit Zach. xiij. Ecce dies veniunt dicit dñs: et diuident ſpolia tua in medio tui. Et ſequit. Et vaſtabũtur domus et mulieres violabunt: et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatẽ.

Q; patrie ꝛ ciuitates ꝓpter ingratitudinẽ diuinoz bñficioz a dño ſepi⁹ flagellãt.

Capitulum. IIII.

Quartũ pctm̃ eſt diuinoz bñficioz ingratitudo que maxime exceca militia ꝛ ignorãtia venit. Contra q̃s hiere. xxxij. ꝛ. Abſcondã faciẽ meã a ciuitate hac ꝓpter oẽm maliciã eorz. O ingrata citas audi dñm vtinã tibi nõ ꝑdicentẽ Lu. xix. q̃ videns ciuitatẽ fleuit ſup illã dicẽs. ſ. cuz ſingultu ſi cognouiſſes et tu. ſ. fleres. Et q̃dem in hoc die que ad pacẽ tibi: nũc aũt abſcõdita ſunt ab ocul' tuis. Quia veniẽt dies in te ꝛ circũdabũt te inimici tui vallo: ꝛ circũdabũt te ꝛ coangustabũt te vndiq; ꝛ ad terrã ꝓſternẽt te ꝛ filios q̃ in te ſunt: ꝛ nõ relinquẽt in te lapidẽ ſup lapidẽ eo q; tu nõ cog/ueris tps viſitatõis tue. et Deut⁹. xxviij. Mittet ſup te dñs famẽ: ꝛ eſuriẽ ꝛ increpationẽ in oĩa opera tua que tu facies. Sequit. Uxorẽ accipies ꝛ alter dormiet cuz ea. domũ edificabis ꝛ nõ habitabis in ea. plãtabis vineã ꝛ nõ vindemiabis eam bos tuus ĩmolabit coram te ꝛ nõ comedes ex eo. aſin⁹ tuus rapiet in ꝓſpectu tuo et nõ reddet tibi. oues tue dabunt inimicis tuis ꝛ non erit qui adiuuet. filij tui ꝛ filie tue tradent alteri ꝓpło videntibus oculis tuis ꝛ deficiẽ

tibus ad ꝓspectū eoꝝ tota die: ⁊ nō erit fortitudo in manu tua. Fructus terre tue ⁊ oēs labores tuos comedet ꝓphe quē ignoras. ⁊ cetera similia. Ecce vidicte scelerꝝ. ecce ꝑmonitō ꝓphoꝝ ecce q̄ ppe sūt iudicia peccatoꝝ. Quare nisi cōuersi fueritis: gladiū suū vibrauit: arcuꝫ suū tetendit ⁊ pauit illū ⁊ in eo pauit vasa mortis. i. flagella mortalia ꝓpt̄ duodecim scelera supradicta: q̄ vindex ē dñs de his oibus. A q̄bus oibus ꝑuia vera ꝓuersione ⁊ emēdatiōe eripiat nos ampla mia saluatoris nr̄i iesu xp̄i cui ꝓprium est oibus ad se redeuntib⁹ misereri semper et parcere christus iesus: qui cū patre ⁊ spiritu sancto viuis et regnas.

Feria. ii. post scām dñicā in quadragesima de signis per que cognosci potest q̄n dei iudicia sunt ppinqua.

Sermo. xix.

Memini ī pec

catis vr̄is Jo. viij. ⁊ in euāg. hodier. Triplex est genus mortis. Quidam eñ moriunt pctō: q̄dem moriunt ꝓpt̄ pctm̄: q̄dam vo in pctō. Primi q̄dem sunt qui moriuntur peccato: ⁊ hec mors desiderabilis est: in qua aia in charitate resurgit. Vñ ad Roma. vj. Qui enī mortuus est pctō: iustificatus est a pctō. Scōi sunt qui moriunt ꝓpt̄ peccatuꝫ: ⁊ est mors detestabilis. Vñ ps̄. Mors pctōꝝ pessima. Tertij sunt q̄ moriunt in pctō ⁊ hec est formidabilis mors: ꝓ q̄ effugiēda orabat ps̄ dicēs. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte. Felix enī est mors prima. infelix scda. infelicior tertia. sed scda cum tertia iuncta infelicissima ōr. s. q̄n ꝓpter pctā: ⁊ in peccatis oīno a charitate sepate aie moriunt. De hac sic duplicata morte ꝫ scelestos ꝓphos dñs cōminat dicēs. Moriemini in pctis vr̄is. s. q̄r ꝓpter scelera vr̄a ad mortē triplicatā. s. corpaleꝫ spūalē ⁊ eternalē: mittet dñs iudicia seuera super vos. Sed q̄dam timorosi aut curiosi forte dubitāt: ⁊ cū apl̄is Mat. xxiiij. a dño interrogant dicētes. Hic nobis q̄n hec erunt: ⁊ q̄ signū aduētus tui. s. ad taliter puniēdū. Audiāt ipos demones magno desiderio ad flagellādū paratos qui dño scelera ꝓphārum allegādis dicunt. Tps faciēdi dñe dissipauerūt legem tuam ps̄. cxviij. q̄ vbū pōt esse aliud thema. In q̄bus verbis triplex pctōꝝ tps ostendit. Primū est emēdatiōis expectate. ibi. Tps. Scām punitionis ꝓparate. ibi. faciēdi dñe. Tertiū offensionis ꝓsūmate. ibi. dissipauerūt legē tuā.

Articulus. i. cum q̄ta patientia et mīsericordia misericordia expectat deus penitentiam populoꝝ.

Primū q̄dem tps est emēdatōis expectate: q̄r dicit tps. s. antique misericordie dei pctōrib⁹ demōstrate. Tps enī expectatōis. i. anteq̄ puniet deus ⁊ exerceat sua dura flagella: q̄ttuor misericordias porrigit eis deus. Primā sniam suspendentē. scdaz ad pniam reuocantē. tertiā offensaz remittentē. q̄rtā gr̄am offerentē. Quas misericordias oñdit iesus crucifix⁹. Primā in pedibus affixis. scdam in manib⁹ extēsis. tertiaz in capite inclinato. quartā in latere apto.

Cum imensa misericordia suspēdit dñs sniaz ne subito vt merent pctōres puniat. Caplm. i.

Primā misericordiam. s. sniam iuspēdentez offert pctōrib⁹ dū pedes cruci tenet affixos. Non enī ad executionē snie currit. nō festinat irasci: sustinet: dissimulat. expectat. Nō q̄dē pius deus irascit ꝓ singl̄os dies. Vñ Sap̄ xj. Miserēris oīuz dñe: q̄n oia potes: ⁊ dissimulas pctā hoiuz ꝓpter pniaz. Et reuera oēs dicere possum⁹ illud Thren. iij. Misericordia dñi q̄ no sumus cōsumpti. Et mīror certe si q̄libet in se hoc nō mirat. ⁊ cū ipso sustinēte mala multiplicant ipo dissimulāte pctā aggrauant. ipo insup expectāte animi idurant. Vñ Eccs. viij. Quia nō cito ꝓfert snia ꝫ malos ablq̄ vllo timore filij hoiuz ꝓpetrāt mala: iuxta illō ad Roma. ij. Sm duriciā tuā: ⁊ ipenitēs cor thezaurizas tibi ire in die vindicte. Et paulo añ ad populum duri cordis ait. An diuitias bonitatis eius ⁊ patientie ⁊ longanimitatis cōtemnis?

Cum q̄ta misericordia ⁊ dulcore reuocat ad se dñs impios peccatores.

Capitulum. ii.

Secundā misericordiā. s. ad pniam reuocantē pctōribus offert: dum manū expandit quasi oēs pctōres ad pniam vocet ⁊ trahat dicēs eis illud Mat. xj. Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiaz vos: an ignoras q̄ benignitas dei ad pniaz te adducit o populе dei vt dicit ad Rom. ij. Ad vos o pctōres ingrati scelesti: ⁊ obstinati vox illa horrēda christi in cruce pendētis. Vocaui et rēnuistis. extendi manū meā: ⁊ non fuit qui aspiceret: despexistis oīe cōsiliū meū ⁊ increpatōes meas neglexistis. Ego q̄p in interitu vestro ridebo ⁊ subsannabo cum vobis q̄ timebatis aduenerit. cum irruerit repētina calamitas: ⁊ interitus quasi tempestas ingruerit. Añ veniet sup vos tribulatio ⁊ angustia. Tūc invocabūt ⁊ nō exaudiā mane cōsurgēt nō inuenient me Prou. j.

De mia cū qua dñs ad se redeūtib⁹ pctōribus parcit. Cap. iii.

Tertiã miscdiam vicz offensas dimittẽ/ tem ĩclinato capite offert xp̃s: qz amo roſe paratus eſt remittere pctñ recipe et dare oſculũ: ⁊ insup offerre pacis vinculuz. Añ hiere. iij. O aia: o patria: o multitudo criminib⁹ plena. fornicata es cũ amatoꝛib⁹ plurimis: tñ reũtere ad me ⁊ ego ſuſcipiã te. Sed de multis verificaꝫ illud hiere. v. Indurauerũt facies ſuas ſupꝛa petrã ⁊ noluerũt reuerti.

Cum q̃ta dulcedine miſericoꝛs deus pctõibus indulgentiã offert.

Capitulum. iiii.

Quartã miſcdiam gratiã offerentẽ apto latere oñdit: vñ ſanguis nr̃e redem ptõis ⁊ aqua nr̃e ablutõis charitate largiflua defluxerũt. Añ Eſa. lv. dñs vocat oĩes pctõres. O ẽs ſitiẽtes venite ad aquas: ⁊ q̃ nõ habetis argentuz ꝓperate emite ⁊ comedite. Et Joh. vij. ex feruoꝛe charitat⁹ ⁊ amoꝛis ad peccatoꝛes excitãdos clamabat dicẽs. Si q̃s ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Sed heu q̃dam impij et mlto ampli⁹ inſcij me dereliquerũt fontẽ aque viue: ⁊ foderũt ſibi ciſternas diſſipataſ. hoc eſt cõcupiſcẽtias: ⁊ iniq̃tates ſuas aias diſſipãtes que ꝓtinere nõ valẽt aq̃s. Conquerit dñs per hierc. ij. ſed veniet inq̃ tp̃s qñ vexatio dabit intellectũ auditui: vt dicit dñs Eſa. xxviij. Ecce ꝓmũ tp̃s. ſ. emendatõis expectate.

Articulus. ii. q̃ poſt mltiplicatas gratias multiplicata ⁊ non emẽdata ſcelera flagellat deus.

Secundũ tp̃s eſt punitõis ꝓparate de q̃ ps̃ ꝓſequit dicẽs. faciẽdi dñe. ſ. aſperã vindictaz durã punitionẽ ſi ſe noluerit ꝓ⁹us emendare. Añ Lu. xiij. hanc ſiltitudinẽ ait dñs. Arboꝛez fici habebat q̃dam plantatã in vinea ſua: ⁊ venit querẽs fructũ in illa ⁊ nõ inuenit. Dixit autem ad cultoꝛez vinee. Ecce anni tres ſunt ex q̃ veni querẽs fructũ in ficulnea hac: ⁊ nõ inuenio Succide igit illã Ut q̃d etiã terrã occupat: At ille rñdẽs ait illi. Dñe dimitte illã ⁊ hoc anno vſq; dum fodiã circa illã: ⁊ mittã ſtercoꝛa. Et ſi q̃dem fecerit fructũ: ſinautẽ in futurũ succides illaz. Arboꝛ fici eſt ciuitas iſta gr̃a pinguis ſed culpa ſterilis. Vinea in q̃ eſt plantata eſt lombardia ſiue italia tota Dñs ficulnee atq; vinee deus eſt: ſed cultoꝛ alius eſt xp̃s. Venit autez dñs vinee. ſ. deus p ſuã ſapientẽ ꝓſiderationẽ querẽs fructũ bonoꝛ operũ nõ folia verboꝛũ neq; fictam ⁊ ymbꝛaticã honeſtatẽ: ⁊ ait ad cultoꝛem vinee. i. xp̃m. Ecce ãni tres ſunt ex quo venio querẽs fructũ in ficulnea hac: ⁊ nõ inuenio. Tres vero anni ſunt tres gratie huic pꝛo iamdiu a deo date. Primus gr̃a annus eſt ſpiritualiũ donoꝛ. ſcõs eſt tpaliũ bonoꝛ. tertius eſt terribiliũ cõminationũ. Oz caueat ficulnea iſta quartũ. ſ. duroꝛ flagelloꝛ.

De ſpũalibus donis patrijs datis

Capitulum. i.

Primus ꝓo annus eſt ſpũaliũ donoꝛ que multa ꝓtulit nobis deus: ſicut patronos ſctõs apud deũ intercedẽtes. ſctõꝛ coꝛpoꝛ multas reliq̃as. ſpũales p̃es ꝓtuoſos pꝛbos: atq; pios viros religioſos multos et bonos in ſua obſeruãtia regulari vitam ducẽtes: frequentiã multarũ p̃dicationũ ⁊ ſctãrũ exhoꝛtationũ doctoꝛes ſctõs ⁊ cõſimilia multa.

De bonis tpalibus a deo in patria multiplicatis. Capitulum. ii.

Secũdus eſt annus tpaliũ bonoꝛ ſicut ſunt nobilitas cõditõis viroꝛ ⁊ mulierum diuitie multe paꝛ tpalis amplum dominiũ. abũdantia rerũ. naturale ingeniũ et ſenſati viri numeroſitas ꝓpũ ⁊ ſimilia.

De pꝛauis cõminatõibus quas flagellandis patrijs miſcõiter pꝛemittit deus. Capl̃m. iii.

Tertius eſt ãnus terribiliũ cõminationũ q̃ forte hoc anno currit ſicut in p̃cedenti ſermone oſtẽſum eſt ⁊ forte etiã in ſequẽtibus apparebit vt ſaltẽ hoc tertio anno veniẽs vinee dñs inueniat triceſimũ: ſexageſimũ: centeſimũ fructũ operũ bonoꝛ. Sinaũt dicit dñs cultoꝛi vinee ſuccidite igit illã. i. ciuitatẽ iſtam penitus eradica. Ut q̃d occupat terrã ꝑm glo. cur etiã tpali copia vtitur. Ex hoc ſumit argumentũ q̃ homo pctoꝛ nõ eſt dignus aqua.

De duris afflictiõib⁹ q̃bus miſeri coꝛdit flagellat deꝰ pctõres. Ca. iiii.

Quartus eſt ãnus duraꝝ flagellationũ et hic eſt annus q̃rtus: quẽ ipetrat vinee cultoꝛ xp̃s dicens dño vinee. Dñe dimitte illã ⁊ b anno vſq; dũ fodiã ⁊ mittã ſtercoꝛa. In foſſiõe eni mutant glebe: ⁊ terra que ſupioꝛ erat deſcẽdit: ⁊ que erat inferioꝛ eleuat. Tũc ꝺo fodit circa ficulneã xp̃s cũ in patrijs ⁊ ciuitatib⁹ reuoluunt ſtatus: fiunt in ciuitatib⁹ ſaccomãni p̃dones atq; deſtructões domoꝝ in cẽdia ⁊ cetera exhminia patriarũ. Stercoꝛa ꝺo mittit cũ p peſtilẽtias ⁊ varios moꝛbos ꝓpꝛoꝝ crimina punit. Hic aũt q̃rtus ãnus lz pctõrib⁹ appareat duꝛ: tñ illũ ipetrat pr̃ pius q̃ nõ vult pctõris eꝝ mortẽ: ꝑ vt flagellis ꝙuertat ⁊ viuat dicẽte dño Apoc. iij. Ego q̃s amo: castigo ⁊ arguo. Añ tñ aduentũ xp̃i ⁊ paſſionez deus pctõrib⁹ ſubito aſpꝛimã intulit iram. cũ illos p bella cateruatim ruere faciebat. Zodomã ⁊ gomoꝛrã atq; pentapolym cũ cõfinib⁹ ciuitatib⁹ igne ⁊ ſulphure ꝓfundauit: imo ⁊ totũ mundũ

diluuio exterminauit. Xps aũt naturã nr̃am assumẽs z p ea morte̅ sufferẽs: hũc q̃rtũ diuine patiẽtie annũ hũano generi impetrauit a dco. Nam lz pctoz sceleatoz abomiatões mltipli cent̃ tñ ds pctores tãdiu in sordibꝫ suis suffert donec multi pctoz sordibꝫ saturati p ꝓfusione abomiatõis sue a pctoz libidine resipiscãt: vel saltẽ tribulatõibꝫ ꝓquassati diuine correptõis timore peccãdi audaciã pducũt sic̃ Lu. xv. in filio p̃digo habet exẽplũ. Et h̄ est ꝑm tps pu/nitõis p̃parate z vtinã nõ vificet qđ ꝓBat. iij dr. Jam securis ad radicẽ arboris posita est.

Articulus. iii. q̃bus modis separat christus ad flagellandũ z iudicandũ populos sceleratos.

Tertiũ est tps offensiõis ꝓsũmate. Jõ sbdit ps̃. Dissipauerũt legẽ tuã. Que dissipatio vera est offensio ꝓsũmata. Ex hac ꝓsũmatõe z le/gis dissipatõe cognosci põt ppinq̃tas diuioz iudicioz que in terra vel patria supuẽtura sũt Jn hoc tñ mysteriũ clarius Apoc̃. xiiij. Et alius angelus exiuit de templo clamãs voce ma/gna ad sedẽtẽ sup nubẽ. Mitte falcẽ tuã z mete: qz venit hora vt metat: qñ maturauit mes/sis terre. Et misit ille q̃ sedebat sup nubẽ falcẽ suã in terra. Hoc q̃dez mysteriũ expositũ est s̃. Smone. xj. arti. j. p totũ de iudicio generali Sz nũc aliq̃liter variãdo exponat de iudicio pti/culari alicui⁹ patrie vel ciuitatis. Jn q̃busver bis q̃ttuoz ꝓditões xps se oñdit hr̃e cũ iratus mundũ taliter punit ꝑimã splẽdoris. scdam vigoris. tertiã rigoris. quartã terroris.

Oz xps p sapiaz patris noscit qñ patria debz iudicari vel flagellari. C. i.

Primã ꝓditionẽ xps se oñdit hr̃e dum punit. s. splẽdoris. Jpe eniz pr̃ne sapie ꝓsiliũ nosci. Uñ Jo. ait Et ali⁹ angel⁹ exiuit de tẽplo: q̃ vo de tẽplo exit p̃us ei⁹ intio ra clarissime plustrauit. Uñ z templũ h̄ est qđ solus sũmus põtifex intrat qđ q̃dem pr̃ne mentis archanũ est. Jõ ps̃. dicit. Bñs in tẽplo sancto suo. Ipse enī est dñs z sacerdos q̃ singulariter in hoc tẽplo est. Uñ ad philippũ Joh. xiiij. ait. Non credis qz ego in pr̃e: z pr̃ in me est: et huius sapie ꝓsilio oñe iudiciũ suũ format. Jn hoc vo templo cogñscit clare: q̃d de patrijs: q̃d de ciuitatib⁹ ad pniam expectãdis vel flagellãdis in cõsilio pr̃ne sapie statuat. Sed tunc de templo exit: cũ talia iudicia diuina manifestare intẽdit. z p̃cedẽtia signa oñdit.

Quõ xps sua futura iudicia sup patrias diuersimode mãifestat. Ca. ii.

Secũda cõditio xp̃i iudicãtis est vigoris que in eius clamore demõstrat Jõ subdit. Clamans voce magna ad sedẽtem sup nubem. Tacet siq̃dem christus cum secreta paterna cõsilia cecis z indignis pctoribꝫ celat. Clamat vo cum paterna cõsilia z futura flagella p ora p̃dicatoz sceleratis plis manifestat. vel etiã cum ad sedentẽ sup nubem clamare dicat quid aliud designat: nisi q idem christus qui de templo exit z sup nubem sedẽs ꝑm aliam z aliam formã ad seipm clamat: dum secreta dei iudicia de humanis culpis omnibus manifestãda esse denũciat? Unde de ipso dicit Luce. viij. hoc dicens clamabat: significãs q̃ que occulte dixerat exponẽdo manifestare vo lebat Jdeo ad peccatores dicit Esa. xlij. Sem per silui z patiens fui sicut parturiens loquar scilicet cum flagellis visitabo iniquitates vestras.

De septem signis quibus cognosci potest q ppinqua sunt iudicia dei.

Capitulũ. iii.

Tertia eius cõditio est rigoris eo q̃ illa vox clamans ait. Mitte falcẽ tuã: et mete. Falx enim iudiciũ agendoz denotat. Unde Deutero. xxiij. Prohibet dominus q̃ nemo mittat falcem in messem alienam: hoc est temerario iudicio opera iudicet aliena. Hanc falcem christus in manu tenet: cum recte rationis iudicio seuera iudicia sua peccatorũ expel/ctanda cõuersionẽ ad tempus patienter sustinet. Sed tũc falcẽ hanc in messem mittit: cum codẽ recte rõnis iudicio humana opera discutiendo punit. Jdeo sceleratis plis cõminat dicens illud ppheticũ. Cum accepo tempꝰ ego iusticias iudicabo. Jdeo Joh. merito subdit. Quia venit hora vt metat: quoniã maturauit messis terre. Quid eni p messem terre intelligitur nisi terreni hoies ad diuinũ iudiciũ z iusticiaz p̃parati? Sicut ecõtra pli qui parati sunt ad misericordiã dei licet messis noient: non tamen messis terre dicunt Joh. iiij. Videte regiones q̃ albe sunt iam ad messem. i. ad cõuersionem z ad misericordiã dei suscipiendã. Hic autem dicit qñ maturauit messis terre. Qui vero saltez in generali scire desiderat tps qñ dei irati sup plm pteruũ fundunt flagella: cõsideret qñ matura est messis. Quia anteq̃ contra pctores iracsc̃t deus: septem sunt signa mature messis: z p cõsequẽs cõtra patriã tps est iudicij p̃parati de q̃bus. s̃. sermone. xj. arti. j. c. iij. Hec eadẽ signa exprimunt in particulari p iudiciuz zodome z gomorre z cõfiniũ ciuitatũ.

Primũ q̃ multa z horrenda scelera ibi fiebãt. Propterea de zodoma Geñ. xiij. scriptuz est q̃ hoies zodomite erant pessimi z pctores coraz dño nimis: eo scilicz q: hoc scelus multa alia vitia antecedũt z ꝓsequunt z subsequunt

Sedm qz tota mentis aiaduersione ⁊ intentione peccabāt. Unde Geñ. xix. scriptum est. Cum duo angeli ingressi fuissent zodomam et venissent ad domū Loth vespere. id est. hora tarda ꝓpter qđ de eoꝝ aduentu nō tā cito poterat diffundi fama. nisi tota mentis aiaduersione ad hoc scelus inuigilassent: ꝓpterea ibi dicit ꝙ pulsꝫ angeli irent cubituꝫ viri ciuitatis vallauerunt domū Loth. Tertiū ꝙ cōmuniter ab omnib⁹ hoc scelus ꝑpetrabat. ideo sequitur vbi s. ꝙ venerūt a puero vsqꝫ ad senez oñis ꝑs simul scz ad domū Loth: Et Geñ. xviij. ait dñs ad abraam cum versus zodomā pariter irent cū cepisset a ꝗnquaginta ꝙ si inueniret in zodoma decē iustos toti parceret ciuitati. Ecce ꝙ tota ciuitas corrupta erat Quartum ꝙ aperte inuerecūde ⁊ impune fiebat. ido sequit vbi. s. Vocauerūtqꝫ Loth ⁊ dixerunt ei. Ubi sunt viri: Ecce ꝙ non multum iuuēcule erant. Sequit. qui introierūt ad te nocte. Ecce ꝙ multum tarde intrauerunt domū ⁊ tamē mox fama diffusa est. Et addūt impudens verbum. Educ illos huc scz in via vt scz cognoscamus eos. id est. coram oñibus abutamur eis. O stupendū facinus ⁊ inuerecundum scelus.

Quintum ꝙ fiebat tota cordis affectione ꝓpterea sub infertur. ꝙ resistente eis Loth dixerūt ei. Recede illuc scz insensata bestia. Et rursus ingressus es inq̄unt vt aduena. Quasi dicant ad similia ꝑpetranda. Nunq̄d vt iudices Quasi dicerēt. Non. Teipm magis affligem⁹ scz ꝑ zodomiticū actum tecū peccando etiaz te inuito q̄ nos. Unimoꝫ faciebāt Loth vehemētissime iamqꝫ ꝑpe erant vt ꝓfringerent fores.

Sextum ꝙ hoc faciebant toto studio quod ostendit non solū ex plurib⁹ ꝓcedētibus. ꝑ etiā ex his que ibi sequunt: qz angeli percusserūt eos cecitate a minimo vsqꝫ ad maximuz ita vt ostiū inuenire nō possent scz q̄uis illō toto studio quererēt. Septimū qz hoc faciebāt continue ⁊ ꝑseuerāter ideo ait dñs Geñ. xviij. ad abraā. Clamoz zodomoꝝ et gomorreoꝝ multiplicatus est: ⁊ peccatum eorū aggrauatū est nimis. Descēdam ⁊ videbo vtrum clamorem q̄ venit ad me cōpleuerunt opere. Quasi diceret. matura sit messis Sed quia ꝑ ꝓdicta ꝓcedentia signa vidit messem illam maturā: sequitur. ꝙ pluit dñs sup zodomā ⁊ gomorraz sulphur ⁊ ignem a dño de celo ⁊ subuertit has ciuitates ⁊ omnē circa regionē vniuersos habitatores vrbium ⁊ cuncta terre virentia. Similiter cum dñs abrae extermiatione gentium ꝑ misisset q̄ terram quam ei ꝑmisit ꝓtinue incolebāt ei. Necdū implete sunt iniq̄tates eorum scz gamorreoꝝ vsqꝫ ad ꝑsens tempus Geñ. xv Quasi diceret. Et semini tuo hāc terram ꝓmitto: tñ ante tps complementi iniq̄tatis eorū nō exterminabo. Ex his q̄ dicta sunt nūc pensēt q̄libet auditoꝝ q̄tum hec signa in patria regnāt: ⁊ inde ꝓpinquitatē iudicioꝝ dei seu longinquitatē intelliget.

Quāta seueritate contra obstinatos populos executioni mādet deus iudicia sua. Cap. iiii.

Quarta ⁊ vltima ꝓditio xp̄i iudicia facientis est terroris: de q̄ Joh. subdit Et misit q̄ sedebat sup̄a nubem falcem suam in terram: ⁊ messuit terram. Nubes hec sup quaz angel⁹ xp̄s sedet est eⁱ⁹ humana caro. Uñ Esa. xix. Ecce domin⁹ ascendet sup nubem leuē: ⁊ ingrediet egyptū. Sup hanc nubē sedet: qz lz peccatoꝝ terribilis appareat in iudicijs suis: oia tñ in tranquillitate iudicat vt dꝛ Sap̄. xij. Sed tunc mittet falcem suam in terrā ⁊ metet terrā: cū terrenas ꝓcupiscētias luxurie superbie seu auaricie flagellis guerrarū pestilentiarū ⁊ famis castigat Uñ Iere. xxj. Disposui faciem meā sup ciuitatem istam in malū ⁊ non in bonū. Et ante ꝑmiserat ⁊ q̄ derelicti fuerint in ea peste gladio ⁊ fame in manu querentiū animā eorum dabo Et Esa. xxiiij. Ecce domin⁹ nudabit terraz et dissipabit eam: ⁊ affliget faciē eius. Tūc vero dñs terrā nudat: cum vel causas luxurie superbie vel auaricie ab homie aufert. vel ipōs hōmines ab eis morte seu alias remouet. Unde Esa. xvij. Ablata ē messis in die hereditaſ. id ē. in tpe quo mundana putabat sine fine hereditare: ⁊ dolebit ḡuiter. scz quia ad tpalia afficiebaſ affectualiter. Hec pius deus misericorditer egit vt ꝑ flagella euigilent ⁊ resipiscāt scelerati: qz ꝑ ꝑspera mūdi ad oiuz bonoꝝ insensualitatē ducti sunt sicut dꝛ Esa. xxviij. Uexatio dat intellectū auditui. Ad ꝓuersionē et correptionez: sua aūt iudicia ⁊ flagella nobis largiri dignet ille q̄ ex dilectione ꝓuersionē expectat ex dilectiōe flagellas ex dilectiōe ad penitentiā vocat atqꝫ ex dilectiōe gr̄am in ꝑsenti donat ⁊ gloriaz in futuro dñs: dñs ih̄s xp̄s: q̄ cum patre ⁊ spūsācto glorioſe triūphat in secula seculoꝝ. Amen.

Feria. iii. post scdam dñicam in q̄dragesima de multiplici causa q̄re populi sup eos futura dei iudicia nō cognoscūt nec verēt. Ser. xx

Qui autez se exaltauerit hūiliabit. Mat. xxiij. et in euāgelio hodierno. Grauis ira ⁊ dura iusticia a dño cōtra supbiā merito parat: eo ꝙ omniū flagellandoꝝ scelex q̄ ꝓtra

charitatē fiunt sit ꝓncipiuz ⁊ origo sicut dicit Eccl. x. Initiū omnis peccati est superbia: ⁊ qui tenuerit eam adimplebit maledictis. id ē iudicijs ⁊ maledictionib⁹ dei. Unde Hiere. l. Ecce ego ad te superbe dicit dom⁹ exercituū: q⁹ veniet dies tuus. tēpus visitationis tue. ⁊ cadet superbus ⁊ corruet ⁊ nō erit q̄ suscipiet euz. Uñ ps̄. Retribuet abundāter facientib⁹ superbiā. id est. quecunq; scelera ⁊ peccata: q⁹ in quolibet peccato est superbia ⁊ ꝓtemptus dei. Legat autem hec dictio abundāter cuz replicatiōe hoc modo. Retribuet abūdāter facientibus superbiam abundāter. Unde de abūdantia hui⁹ sceleris dicit Apoc. xviij. Reddite illi sicē illa reddidit vobis ⁊ duplicate duplicia ꝑm opa ei⁹. Sequitur. Quantum glorificauit se ⁊ in delicijs fuit: date ei tormentū ⁊ luctum. Hec tamē in illis iudicijs maxime aduertendū. quia quanto sceleratis populis ꝓpinquiora sunt. tanto illa minus pertimescunt ⁊ minus ea intelligūt seu cognoscūt. Nō non ex alia causa cōtingit: nisi q⁹ cecitas mētis in eis ex superbia generata eoz intātū obtenebrat intellectū: q⁹ suaz manifestā ruinā non vident. Ideo dicit Esa. xliij. Educ foras populū cecū ⁊ oculos habentē: surdū et aures sunt ei. Unde ps̄. causas talis humiliationis ⁊ ignorate ruine ostēdit dicēs. Veniat illi laqueus quē ignorat ⁊ captio quam abscondit apprehendat euz: ⁊ in laqueū cadat in ipm Et potest esse aliud thema. In quibus triplex causa huius ignorātie demōstrat. Prima est ex pte dei. ibi. Veniat illi laque⁹ quē ignorat. Scda ex pte mūdi. ibi. ⁊ captio quā abscōdit apprehēdet eum. Tertia ex pte iudicij. ibi. ⁊ in laqueum cadat in ipm.

Articulus. I. q̄ quadrupliciter exigentibus culpis excecat deus populos ⁊ magnates ne intelligant ꝓpinquam eis ruinam.

Prima causa huius ignorantie est ex parte dei. Ideo ps̄. Veniat illi laque⁹ quē ignorat. id est. veniet patrie vel ciuitati laque⁹ captiuitatis quē ignorat scz futurū esse. Vel laqueus est pestis vel fames ⁊c. Uñ Prouerb. xxj. impinget scz popul⁹ a deo ad laqueos mortis. Et Greg⁹. Si ad quas impij ꝓperant penas aspicerēt: p̄fecto gressus reflecterēt Uñ Esa. xlvij Veniet sup te malū ⁊ nescis ortū eius: ⁊ irruet sup te calamitas quā nō poteris expiare. Veniet sup te miseria repēte quā nescis. Quomodo autē fiat ex parte dei ostendit alibi ꝓpheta ps̄. ciiij. dicens de egyptijs. Cōuertit cor eoz vt odirēt populū eius. Ad idem Job in fi. xij ait. Qui imutat cor ꝓncipis populi terre: ⁊ decipit eos vt frustra incedant q̄ inuiū. Palpabunt quasi in tenebris: ⁊ in luce errare eos faciet quasi ebrios. Sz q̄d est hoc dicere? Nunq̄d deus populoz ⁊ dominoz corda ꝓuertit vel imutat ad malū? Nequaq̄. Absit oīno credere q⁹ p se vel imediate malicia cordi alicui⁹ infundat: vel aliquā inclinationez ad malum tribuat: attamē alijs modis potest facere ⁊ p se quens attribuit sibi. Et ad ꝓsens q̄ttuor generales ponam⁹ vias q̄s deus dicit opari hec talia mala. Primo q̄ viam subtractiōis. scdo q̄ viā pmissionis. tertio q̄ viā illustratiōis: q̄rto q̄ viam impssionis.

Quare deus q̄s dignos flagellis nouit excecat eos q̄ gratiarū suaruz subtractionem. Capm. I.

Primo q̄ viam subtractionis. Subtrahit eñ de⁹ gr̄am iam populo data vel cuilibet cōmunicatā: ⁊ hoc ꝓpter demerita peccatoz. Subtrahit etiam angelicā custodiā ⁊ ꝓtectionē quaz ordinauit q̄ q̄ttuor angelos sicut patuit. ē. sermone. viij. Subtrahit eñ a populo lumē veritatis ⁊ iudicij veri ⁊ cōsilij boni tunc. dum homo crucis signaculo signare se putat impingit in oculum suū. Abstrahit a populo gr̄am vnionis. adiutoriū ꝓuisiōis. sanitatē aeris. Ponderate Insup ꝓticulariter si q̄ttuor dicti angeli tēptationes cessent refrenare vt ibi dictū ē vel multas siue aliquas p̄dictarum: cōsideret bene discreta mens quid inde sequit. Sicut enim nauis sine gubernaculo scz absq; rhemo remigantib⁹ ⁊ velo. non pōt regulariē cursum ꝓsperare: sed ex sola carentia dictoz irregulariē cursū facere necesse est: sic est in ꝓposito nr̄o. Est eñ mens nr̄a sicut nauis in medio maris. Bona vo gratiaz sunt ei q̄ gubernaculo ⁊ rhemis ⁊ anchoris ⁊ velis. Deus autē ⁊ angeli ⁊ ecclesie regnū sunt q̄ ductore hmōi nauis. Jō̄ dominus ait Joh. xv. Sine me nihil potestis facere. ⁊ ps̄. In manib⁹ tuis sortes mee. Hpe est q̄ optatur, in nobis velle ⁊ pficere q̄ bona voluntate ꝑm ap̄lm ad Phil. ij.

Quare deus multipliciter pmittit ruere ⁊ periclitari impios peccatores

Capitulum. II.

Secūdo nocet deus q̄ viā pmissiōis Permittit eñ domin⁹ populū siue hominē tripliciter cadere in ruinaz dimittens eos. Quādoq; in potestate suoz vitioz ⁊ passionum sicut ait ps̄. Dimisi eos ꝑm desideria cordis eoz ibunt in adinuentionib⁹ suis. ergo male. Immo pessime sicut dicit ad Roma. j. ideo tradidit illos deus scz pmissiue in desideria cordis eoz ⁊ in passiones ignominie ⁊c. Quādoq; i ptāte demonū. Uñ Apoc.

vj. Cū aperuisset sigillū ōrtū Sequit. Et ecce equ⁹ pallid⁹ ⁊ q̄ sedebat sup eū nomē illi mors ⁊ infernus seq̄bat eū: ⁊ data ē illi ptās sup q̄t tuor ptes terre. i. ciuitatis vel patrie. interficē gladio fame morte ⁊ bestijs terre. Vñ Job. ix. Tradita est terra i man⁹ impij. Q̄ñ q̄z in ptāte malor̄ hoiuz ad malū multipliciter inferēdū. Vñ Apoc. ix. de fumo putei abyssi. i. de superbia exierūt locuste i terraz. i. hoies impij alios puniētes ⁊ flagellātes q̄si magnigoldi de dio. id ē. spiculatores dei. Sequit Et data est illis ptās sicut hñt scorpiões ire. Scorpio em̄ lingua lingit. brachia stringit: et cauda pungit. Sic tales hoies q̄b⁹ pmissiue ꝯcessa est ꝟ ptās peccatorib⁹ nocēt blādicijs ⁊ malicijs ⁊ violētijs. Ait ps̄. Loquunt pacē cum ꝓximo suo: mala aūt in cordib⁹ eor̄. Et ꝟ dicit de blandicijs ⁊ malicijs. De violētijs Ezech. xxx. dicit Cōfortabo brachia regis babylonis: dabo q̄z ei gladiū meū in manu sua. Cū em̄ pmittit populus vel peccator eē in manib⁹ vitior̄ suor̄z demonū ⁊ malor̄ hoiuz: necesse ē sequi ruinā suā. Sicut em̄ nr̄a natura sub morbis grauib⁹ ⁊ multiplicib⁹ ꝯstituta aut in medio ignium siue in medio famelicor̄ leonuz posita pire cito necesse est: sic i ꝓposito nr̄o. Insup sicut auis laxa ad collū ligata habens ⁊ alas multitudie aquar̄ ingurgitatas pedesq̄z irretitos oīno volare nō potest sed bene in p̄cipicium ire: sic contingit in ꝓposito nostro.

Q Ꝓpter illustratiões diuinorum donor̄ excecant impij ne cognoscāt ruinam suam. Capituluz. iii.

Certio nocet de⁹ ⁊ indirecte ad malū inducit p viam illustratiōis siue obfuscationis. Opat em̄ dñs q̄ñq̄z opa lucis in ꝯspectu iniquorū ⁊ impior̄: que q̄dem habēt lyppos oculos excecare. Nec em̄ p impijs debet dimittere ds q̄n regat mūdi naturalē cursū. ⁊ q̄n teneat ordinem iusticie tam malis q̄z bonis: et q̄n donet bona gr̄e electis suis faciēs i eis opa miscōie sue illa diuidēs singulis ꝓut vult. Nō em̄ debet sol retinere vel retrahē lumē suū: q⁹ infirmis oculis est nociu⁹. Superbis humilitas siue in ope siue in ꝟmone placere nō ꝓt. Eccl. xiij. Abominatio superbo hūilitas. Nō discipl⁹ ⁊ superbus exceptione salubri ⁊ iusta fiet durior ⁊ peruior. Carnalis hō ⁊ aialis mūdicijā ⁊ castitatem exemplo vel p̄cepto vel etiā ex necessitate sancte societat⁹ suppositas nō feret ꝟ fugiet: ex ꝟ etiā forti⁹ ꝯcupiscētie frena laxabit. Vñ Eccl. xxj. Audiuit ꝟbū luxuriosus ⁊ displicebit ei: ⁊ pij ciet illud post tergū suum. Auaris pauptas ⁊ paupt⁹ ꝟmo atq̄z pauper odibiles sūt: sicut ꝺr Eccl. xiij. Execratio diuiti paup Incredulos sicut q̄tidie in iudeis ptz veritat⁹ altitudo excecat diuinor̄ mysterior̄. Jn hoc iudicuz ꝺr Luc. xvj. q⁹ audiebāt ꝟ oīa pharisei q̄ erāt auari ⁊ deridebāt eū. Et sic intellige q̄n ꝺ alijs loq̄bat sicut ꝺ hūilitate ⁊ castitate ⁊c. Ex his ptz q⁹ hoies male disciplinati ⁊ maxime scelerati ex istis gratijs ⁊ ꝟtutib⁹ faciūt dānū suū. Insup ex gratijs elector̄ ad emulationē et ad odiū ꝓuocant. ⁊ sepius q̄n malis ꝓpinq̄ sunt iudicia dei ex eor̄ annūciatōe non corrigunt: imo ꝓteriūt ⁊ deteriorant. Naz ſm Greg⁹ tumor ment⁹ obstaculū pbet veritati Scabiosus rasorē odit. fur lucē. adultera virum suuz. frenetic⁹ manib⁹ ⁊ pedib⁹ impugnat euz q̄ sibi medet: et obstinat⁹ atq̄z reprobat⁹ peccator et popul⁹ in p̄dicatore radiū ꝟitatis abhorret.

Q Ex impressione diuinarum gratiarum sepius peccatores excecātur ne intelligant exterminium suum. Capitulum. iiii.

Quarto etiā indirecte ad malū inducit de⁹ ꝓ viā imp̄ssiōis. Misericors em̄ de⁹ q̄ nō vult morte peccatoris. ꝟ magis vt ꝓuertat ⁊ viuat: vt ꝺr Ezech. xviij. q̄ñq̄z facit aliq̄s gr̄az imp̄ssiões cordib⁹ impiorū q̄bus impij abutunt ex eor̄ arbitrij libertate ⁊ durāte eor̄ malicia. q̄si necesse hñt illas gr̄as retorq̄re ad malū: sicut insipiēs hō male vtit bonis. ⁊ iudas scintilla ꝯscie licz etiam sathana illū adiuuāte pnia ductus laqueo se suspēdit Mat. xxvij. Cayphas q̄z instinctuz ꝓ pheticū a deo sibi imissū ad suā malignitatē et suā prauā intentionē intorsit: qui Joh. xj. ait. Expedit vob⁹ vt vn⁹ moriat⁹ ꝓ pplō ⁊ non tota gens pereat. Multi donū naturalis ingenij ⁊ itelligētie alte i diabolicas ⁊ pernicios̄issimas malicias vertūt: ꝓpt qđ lumie veritatis ꝓuantur sicut ꝺr Thiere. xxxij. Abscōdā faciē meā a ciuitate hac ꝓpt oēm maliciā eor̄. Alij donū fortitudis corpalis ꝯuertunt ad bella ⁊ ad audacias cerui cosas. Quidā donuz timoris vertunt i pusillanimitates. impetū mūdane ire et potētie plus q̄z dei iusticiā formidātes. Sūt ⁊ alij q̄ diuitias ⁊ potentias naturales morales ac spūales in arrogantiā ꝯuertūt. Naturales diuitias noiam⁹ in mentalib⁹. vt ingeniuz magnū ⁊ naturales sensus. Jn corpalib⁹ vt i multitudine ⁊ pulchritudie ⁊ populi libertate Jn tpalib⁹ vt in denarijs seu pecunijs mercancijs possessiōib⁹ edificijs ⁊ dñijs in honorib⁹ ⁊ gloriosa seculi fama. Morales diuitie sūt prudētia iusticia fortitudo ⁊ tempantia ⁊ virtutes q̄ ꝓcedunt ex eis. Diuitie spūales in fide spe et charitate. ⁊ i his q̄ deriuāt ab eis cōphēdunt

De his q̄ talib⁹ diuitijs abutebāt erat ille cui Apoc. iij. dr. Et dicis q̄ diues sū scz i diuitijs naturalib⁹ t locupletat⁹ in moralibus t nulli⁹ egeo scz in diuitijs diuinalibus: et nescis quia tu es miser scz quo ad primas t miserabiles q̄ ad secūdas. t pauper t nudus t cecus in diuinalibus seu spūalibus. Et p̄m hanc quartā viam dñis similiter t populis. Pro. xxj. dicit. Cor regis in manu dei quocūq; voluerit inclinabit illud Ecce quō ex parte dei venit patrie t populo laqueus quē ignorat.

Articulus. II. q̄ q̄druplex ē causa ex pte mūdi: q̄re populi t magnates nō intelligūt sua futura iudicia.

Secūdo venit ex pte mūdi ignorantia hec. Ideo pphēta subdit. Et captio quā abscōdit aprehendit eū siue illum. Quen ā ē hec captio quā peccator abscōdit nisi diuinū iudiciuz qđ sub incōsideratione dei t sui p ignorantiā sibi ipi peccator abscondit male viuendoq; celat. Hec q̄dem captio tunc peccatorē cecum aprehendit: cum insperatuz nec expectatum dei iudiciū venit. Ab hac captione timebit aprehēdi ps dicens. A negocio pambulante in tenebris. Job alibi orabat dicēs. Ab occulti meis mūda me dñe t̄c. Insup Job. xiij. hoc timēs ait. Quātas habeo iniq̄tates t pctā: t̄c. Si ille quē de aliq̄ certo peccato cor i tota vita sua nō reprehendit pctā scelera et iniq̄tates se habere timebat ac p hō dei iudiciū formidabat. q̄to magis peccatores t pū in oi scelere inuoluti i oi iniq̄tate irretiti. i oi ignorātia obcecati. hoc trepidare tenentur? Qđ si nō fecerit insipiens multitudo captio quā abscōdit aprehēdit eā Magnū vo piculū est tale iudiciū nō videre q: maluz qđ ignorat nequaq̄ timet nec remedium p̄parat nec exhibet. Sed vnde ex parte mūdi ē ignorātia ista? Dicenduz q̄ q̄druplex pōt esse causa ei⁹. Prima lōga trāq̄llitas. secūda magna ꝓsperitas. tertia aparēs bonitas. q̄rta existens iniquitas.

Q: lōga tranquillitas pacis occultat peccatorib⁹ exterminia sua futura t ppinqua. Ca. I.

Prima causa est longa tranq̄llitas. Occultat em multitudo malorū t magnitudo cor t diuinor iudicio rū ex lōga tpis dilatōe sicut tpe Loth illi pitu re generatiōi Gen. xix. Nā si non solum q̄ populus ille crederet se tali iudicio exterminandū sed nec generi Loth ita insensibiles facti sunt q̄ cum diceret eis: surgite t egredimini d̄ loco isto: q: delebit dñs ciuitatez istam visus ē eis q̄si ludens loqui. Quasi dicerēt. Quō deleret dñs tam pulchrā patriā que dr q̄si paradisus dei? quō aboleret tantā multitudinē populor vbi multi puuli et inocentes q̄ in hac ꝑticulari patria nunq̄ fecerunt h̄. cū etiam sum⁹ d̄ populo dei? Hoc trufaris vt terreas nos t̄c. Idē similiter tpe diluuij factū est q̄ noe diluuiū p̄dicebat nō solū verbo annūciādo: sed etiam facto arcā fabricādo. Sz q: tūc dñs non pluerat sup terrā nec aliqđ notabile iudiciū t exterminiū dederat mūdo longaq; mūdana tranquillitate steterat mūdus. carnales hoīes tale exterminiū nō abhorrebāt: ideo h̄ credē nō poterāt nec volebāt. Sic etiā erit tpe iudicij generalis sic dr Luc. xvij. Sicut factū est i dieb⁹ noe ita erit in dieb⁹ filij hois. Edebant t bibebant vxores ducebāt. t dabant ad nuptias. vsq; i diem q̄ intrauit noe in arcā. t venit diluuiū et pdidit oñes. Similiter sic factū ē dieb⁹ Loth edebāt t bibebāt emebāt t vendebant planta bant t edificabāt. q̄ die aūt exijt Loth a zodomis: pluit ignē t sulphur de celo t omnes pdidit. Sic sepe euenit ciuitatib⁹ t patrijs que diu absq; diuinis flagellis t maxime guerris i trāquillitate steterūt. Hoc etiā exterminiū iudicij or factum est p romanos hierosolymitane ciuitati t patrie qđ p̄uidens dñs Luc. xix. flēs sup ciuitatē ait. Si cognouisses t tu, Et q̄dem in hac die tua que ad pacē tibi nunc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis.

Q: ꝓsperitas magna excecat oculos pctōr ne cognoscāt ppinquaz suam ruinam. Cap. II.

Secūda causa huj⁹ occultationis est magna ꝓsperitas Magnitudo em ꝓsperitatis t abūdātia bonor tēporaliū: mirabilit excecat oculos potior Qui hz aures audiēdi audiat q̄d spūs dicat huic ciuitati Ezech. xvj. Hec fuit iniquitas zodome sororis tue. superbia. saturitas. panis. abūdātia. t ociū ipi⁹ t filiar eius. Unde Deut. xxxij. Dan fluet largit ex basan. Dan causa t basan pinguedo interp̄tant. Quasi dicat. Causa fluētis ruine ē pinguedo. In exemplū ei⁹ ꝓsiderent patrie a deo p exterminia sepi⁹ t duri⁹ in italia visitate t abūdantiores reperient sicut patz de lombardia apulia bononia t̄c. Hinc dr Hiere. v. Magnificati sunt et ditati. incrassati sūt t impinguati: t p̄terierūt sermones meos pessime. Un Deut. xxxij. Incrassat⁹ est dilectus t recalcitrauit incrassatus impinguat⁹ dilatat⁹. Un Osee. xiij. Adimpleti sunt t saturati sunt: eleuauerunt cor suum t obliti sunt mei Ad idem dicit Job. xv. Cōtra omnipotentez roborat⁹ est. cucurrit aduersus deum erecto collo: et pingui ceruice armatus est. Unde ps. Repleti sunt qui obscurati sunt

terre domib⁹ iniq̃tatũ. Et Hiere. xxij. dic̃ dñs ad tales. Locut⁹ sum ad te in abundantia tu: dixisti nõ audiã. Hec ẽ via tua ab adolescẽcia tua: q⁹ nõ audisti vocẽ meã Mira nẽpe ingratitudo hoiuz ⁊ ignorãtia ceca. cũ cetera aialia p bñficia domesticant. sola hũana corda p dei bñficia excecant ⁊ indurant.

Q⁹ bonoz⁹ apparẽtia occultat populis dei iudicia. Capl'm. iij.

Tertia causa hui⁹ occultatiõis est q̃daz apparẽs bonitas. Sicut i pleriscz ciuitatib⁹ hospitalia multa ⁊ magna ecclesiarũ edificia mira multitudo religionũ ⁊ religioso⁹. Quelz in multis sunt grata deo: tamẽ multi insipiẽtes quadã insana ꝓfidentia ut illis sperant: tũ ipi oia illis ꝓtraria operentur. Nec tamẽ celare pñt q̃n ostendũt q talia que agũt sunt apparẽtia nõ existẽtia bona: cum ipi tuba canãt q̃cũq; faciũt de talib⁹ spũalib⁹ bonis. Nõ em̃ h̃ edificarẽt hospitale nõ ecclesiaz nõ altare siue capellã nõ deniq; simile q̃cq̃: nisi nomẽ suũ ⁊ arma ibi q̃nq; supra xp̃m notabiliter insignirẽt. Q̃d etiã p pphetã p̃uisũ est cũ dicit. Posuerũt sua signa. nõ dei signo. s. eoruz hypocrite intẽtiõis ⁊ nõ cognouerũt scz in vita sicut i exitu cogniturí sunt sup sũmũ scz ponũt: nec etiã verent in sacris calicib⁹ ⁊ pamẽtis talia opari. Cõtra q̃s dñs ait Matth. vj. Cũ facis elemosynã noli tuba canẽ añ te sicut faciũt hypocrite. Vñ Mat. xxiij. Duces ceci excolãtes culicẽ scz ne bibaẽ cũ vino: camelũ aũt gluciẽtes. i. minima delicta q̃si expurgantes maxia aũt cõmittẽtes ⁊ incorpantes. Apparẽt q̃dã gestu ⁊ incessu modesti ⁊ gues. mulieres etiam aliq̃ mature ⁊ honeste ⁊ cõiter populi extrinsec⁹ in multis apparẽt deuoti ac virtuosi: ad q̃s dicit dñs Mat. xxiij. Mũdatis q̃ de foris est calicis ⁊ papsidis: intus autez pleni estis rapina ⁊ imũdicia. Mũda ꝑus q̃ intus ẽ. Et addit. Siles estis sepulcris dealbatis q̃ foris apparent hoib⁹ speciosa: intus vero plena sũt ossib⁹ mortuoz ⁊ oi spurcitia. Sic et vos a foris q̃dem apparetis hoib⁹ iusti: intus aũt pleni estis hypocrisi ⁊ iniq̃tate.

Q⁹ peccata impioz excecant oculos illoz ne sint capaces ruine sue. Capitulum. iiij.

Quarta causa ẽ existẽs iniq̃tas. Multiplicata em̃ pcta excecãt p̃li intellectũ ne veritatẽ intelligere queant. Vñ Sap. ij. Excecauit eos malicia eoz ⁊ nescierunt sacra dei. id ẽ. ei⁹ occulta. neq; mercedẽ sperauerũt iusticie. Luz em̃ aq̃ etiã clara quassat ⁊ agitat difficile q̃d in ea lateat videri p̃t. q̃to magis i turbida vel in sceno? Sic etiã cũ p̃s imergit se in pctis sicut sus i volutabro luti. q̃d mirũ si dei flagellãtis futura iudicia nõ cognoscit. Dz audi vtinaz nõ de p̃lo isto illud Sap. xiiij. omnia scz scelera cõmixta sũt. Sãguis. homicidiũ. furtũ. fictio. corruptio. infidelitas. turbatio. periuriũ. tumult⁹. et bonoz⁹ dñi imemoratio. aiaz⁹ inq̃natio nccitat⁹ imutatio. nuptiaz⁹ incõstantia. inordinatio mechie et impudicitie. Quid igit̃ mirũ si i talib⁹ ⁊ gũtoribus p̃li iuoluti nõ intelligunt futura sup eos iudicia dei? Vñ dñs Soph. j. cõminat̃ dicẽs. Tribulabo hoies et ambulabũt vt ceci: q⁹ dño peccauerunt. Et effundet̃ sanguis eoz⁹ sic̃ fum⁹: ⁊ corpa eorũ sic̃ stercora. Et h̃ captio quã abscõdit popul⁹ apprehendit eam. Et hec sufficiant de secũda causa ex pte mundi.

Articulus. iij. q̃ ꝑpter q̃druplicẽ causam occultat deus iudicia sua.

Tertia causa ignorãtie taliũ iudicioz est ex pte ipi⁹ iudicij. Q̃d q̃dez inscrutabile ẽ. ideo dr ad Roma. xj. exclamatiue. O altitudo diuitiaz⁹ sapie ⁊ scie dei. q̃ incõphẽsibilia sũt iudicia ei⁹. ⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Magna q̃dem abyssus q̃ sepe pctores dei iudicia et flagella q̃ maxie horrẽt añ oculos teneãt: nec illa cognoscãt vt merito p̃lo eueniat illd̃ ps̃. Et in laqueũ cadat in ipm̃. i. insperato cadat in iudicium dei. ideo timeãt p̃li iudicia dei. Vñ ps̃. alibi. Judicia dei abyssus multa. In tali enim occultatiõe iudicij q̃ttuor latent abyssus: que sunt q̃ttuor cause ꝑpter q̃s hec dei iudicia occulta sunt. Prima ẽ abyssus timoratiõis. secũda abyssus hũiliatõis. tertia abyssus exclusionis q̃rta est abyssus excecationis.

Q⁹ de⁹ occultat iudicia sua vt semper peccatores habeãt timere atq; pauere. Capitulum. i.

Prima ẽ abyssus timoratiõis. Occultat em̃ deus futura flagella vt semper peccatores paueãt illa ignorantes q̃n dñs ventur⁹ sit: sicut Apoc. iij. cõminatorie dicit dñs tali p̃lo. In mẽte habe q̃liter acceperis p aurẽ mẽtis: ⁊ audieris p aurem corpis ⁊ serua. i. obserua p te audita: ⁊ pniaz age de p̃teritis culpis. Sic igit̃ nõ euigilaueris tu p̃le q̃ litargio somno oppremeris: veniã ad te tãq; fur. ⁊ nescies q̃ hora veniã. Et merito q̃dẽ. vt q̃ deũ cognoscere diligere ⁊ timere noluit ꝑpt beneficioz⁹ collationẽ. ipm̃ intelligat p duroz⁹ flagelloz⁹ punitionẽ iuxta illud ꝑphete. Cognoscetur dñs iudicia faciens.

Q⁹ ad humiliandũ elatos occultat deus iudicia sua. Capit. ij.

De causa ignorantie futuri iudicij

Secūda est abyssus hūiliatiōis. Multi plerūq; quādo sūt in culmie magno tante sapiētie se estimant esse. q; oculo menti a deo oīno amoto putant se esse sufficientes regere totum mundū. Hanc supbiā volēs cōprimere deus occultat iudicia sua: iposq; insperato flagellans humiliat cōfusione ꝺdigna sicut Job. xxvj. de domino dr. Prudentia eius percussit supbuz. r ps. tu hūiliasti sicut vulneratum superbum i brachio vtutis tue. Et alibi. Disperge. id ē. dispges illos in vtute tua r depone. id ē. depones eos ptectorme⁹ dñe. Delictū oris cor sez depones: r silr ꝑmonē labiorū ipor: r cōphendant. i. cōphendenť in supbia sua de execratione r mēdacio.

Qr occultat de⁹ multis iudicia sua propter illorum indignitatem. Capitulum. iij.

Tertia est abyssus exclusionis. Nō em decet dei secreta indignis r indispositi revelari. Ideo aliquib⁹ sāctis viris alias idoneis pluries abscōdunť talia iudicia dei: quia forte nescirent celare indignis: aut forte nō plene idoneis vt r iniusti: magis autē scelerati in suspitione talium iudiciorum semp habeat vigilare. Unde Apoc. ij. cōminatur tali populo saluator dicens. Penitentiā age r ꝑma opera fac. Sinautē: venio tibi r mouebo candelabr tuum de loco suo. Candelabrū vero qđ lumen tenet: sed ex se lumē non habet regnum ē a deo p sua gloria cōcessum rē. que prudenter dicat ꝓdicator discretus.

Qr occulta sunt iudicia dei ad obcecandum oculos impior ne illa effugere possint. Cap. iij.

stoli sunt optata mercede priuati. Et iterū subdit. In hoc enī est verbū. i. puerbiū verum. qz alius est q̄ metet: alius q̄ seminat. qz alius fuit status patriarcharuz: z alius apl'oz: licet eoz idem sit premiū. Hoc q̄dem puerbiū fuit ortū ex illo verbo Leuit. xxvj. Frustra seritis semē tem: qz ab hostibus deuorabit. Sed vt sciant se ad hoc nō ex ppriis meritis: sed ex sola christi gratia cōstitutos: ergo subdit Ego misi vos id est iaz mittēdos predixi: atq; elegi metere q̄ vos non laborastis. i. non prius agriculturastis Alij aūt laborauerūt. i. cum multo labore agriculturauerūt: z seminauerūt. sicut pphete z patriarche: z vos in laborēs eoz introistis: qō q̄dem magne felicitatis ē. z gratie specialis: ex p/priis enī meritis z virtute nequaq̄ puenietis Quod autem ad cōuertēdū de iudeis: z samaritanis qui legez Mosi licet differēter acceperāt ptz qō dictū est. sed hoc quō verum est q̄tuz ad ceteros mūdi gentes? Ad huc dicendū q̄ tota p/phetia z lex z tota p̄cedens dei cultus innuit: ad fidē in gentib' ppagandā nutriēdā z roborandā. Ideo p q̄to patres ex intentōe saluatoris mūdi bona sua fecerūt: z p q̄to bona eorū desideria. z merita ad salutē oiūz pfuerūt: verbum p̄dictū pfecte verificat: de q̄buscūq; alijs gentibus que crediture erant.

De feruore ac feruenti amore diuinoz que ex vbo dei in ppīis generat

Capitulum. iiij.

Quarto in samaritanis fuit amor bulliens seu feruēs mystice p figurās feruorem sequentiū pl'oz ad verbū dei: z ad fidem dñi nostri iesu christi. Et de hoc addit Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eum samaritanoz: z hoc scz aliqua credulitiate initali nōdū tm̄ plena fide. Hoc aūt signāter factū: z ab euāgelista narratū est: vt xp̄i hoc p̄dicētis veritas z p̄scientia discipulis de facto pateret. Causaz qutē creditiōis eoq; subdit euāgelista dicens. Propter mulieris verbū testimoniū phibentis: qz dixit mihi omnia quecūq; feci. Et sequitur. Cum veniss̄ent ergo ad illū samaritani rogauerūt eum: vt ibi maneret. Et mās̄it ibi duobus diebus. z multo plures crediderūt ppter sermonē eius. Per hoc mystice inuit q̄ aia carnalis p samaritanā significata: adorat qō nescit qz sūmaz felicitatē in rebus caducis z transitorijs querit z colit. Sed postq̄ se sibi clare ingerit xp̄s. tunc relicta hydria tpaliū cupiditatuz libere p̄dicat christū: z illuminatiōes z bñficia ei factas ad tp̄s ita vt p eas multi carnales reuertant ad christū: qui tm̄ adlumen christi ppius accedētes longe plura z clariora in ipso christi lumine vident: quā ex verbis mulieris p̄cepe runt aut percipere potuiss̄ent. sicut si aliquis aquā mundā lucidiss̄imi: z abūtiss̄imi fontis exriuo descēdentē bibiss̄et: z tandē versus ad fontem ascenderet: ex quo sitibundus oze fonti appposito potaret ex ipso fonte redderet certior: paratior: z hylarior: q̄ ex ipso riuo. Sequit z mulieri dicebāt: qz non iam ppter tuā loquelā scz tm̄. necita p̄ncipaliter credimus: ipi enī audiuimus scz ex eius ppio oze z scimus scz per fidem z intelligentiā exauditis ab eo. Et forte ex signis z miraculis ex eo visis: qz hic est vere saluator mūdi nūc p gr̄am. z in futuro p gloriam. Quā nob? p̄cedere dignet iesus saluator.

Sabbato post tertiā dñicā in quadragesima de origine dinoz z rerum translatione. Sermo. xxxij.

Vade amplius noli peccare Joh. viij. z in euāgelio hodier. Et charitate q̄dez labit mūdus: z per vitioz defecit incremēta. partim ex ignorātia ruens. partim ex fragilitate fluēs. partim q̄q ex malicia in cupiditatib' se imergēs. Proinde oportunuz censui: imo necessariū reputaui de cōtractib' z vsuris in q̄bus pene totus mundus periclitat tractatū posteris tradere: non tm̄ verbo p̄senti bus predicare: vt habeāt minus docti z sibi z alijs in talibus materiaz fideliter cōsulēdi: put Prouerb. xv. ait. Sermo oportunus optim' est. Tractaturi igit̄ de ipsis ? tractibus: z vsuris hunc ordinē obseruare intēdimus. Sabbato post tertiā dñicaz in quadragesima de origine dinoz primo enim dicturi sumus: vbi tractabimus de varietate cōtractuū. z vnde originem habent: simulq; agemus de multiplici varietate translationū atq; prescriptionū Sermo. xxxij. dñica. iiij. in quadragesima de mane de mercatorib' z artifitib' in generali. z de cōditiōibus licitis: z illicitis eorundē. Sermo. xxxiij. dñica. iiij. in quadragesima infradi em in q̄bus casibus liceat vendere tempus: et quibus non. Sermo. xxxiiij. feria. ij. de emptionibus z venditōibus: z quo precio res et obsequia taxāda sunt: z q̄ grauis sit culpa res vendere maculatas ficte. Sermo. xxxv. Feria. iij. de vorazine vsurarū. i. quid sit: z in quibus cōmittit vsura. z quō quidā vsurarij nitūtur defensare vsurā: ac rōnes eoz quō efficacit refellant. Sermo. xxxvj. Feria. iiij. de mutuo: z q̄n homo obligat dare mutuū. z quō tenetur id dare gratis. Sermo. xxxvij. Feria v. de phibitōe vsure: z quō ab omni lege phibeat. Sermo. xxxviij. Feria. vj. de ? tractibus vsurarijs: z quādo dubiū scrupulū cōtra-

ctum ab vsura excusat: ac de societatib⁹: ac de multiplici cambio⁹: ac securitarū varietate.

Sermo.xxxix. Sabbato de soccidis aialiū ac de multiplici varietate eo⁹. Sermo.xl. Dñica de passiõe in mane de impñtitis: seu mõte vel locis que frequẽtant maxime apud venetios ianuenses ⁊ florentinos. Sermo.xlj. Dñica de passione infra diez de interesse: ⁊ qñ liceat accipe vltra sortẽ. ibi plurimi declarant casus in q̃bus videt esse vsura: ⁊ tñ non est.

Sermo xlij. Feria.ij. de impietatib⁹ vsure: ⁊ q̃tum aduersẽ deo: q̃ta q̃ eius blasphemia sit publicis vsurarijs veneãdi libertatẽ p̃sta/quitatibus ipsius vsure: quibus ꝓmo vniti osa est Sermo.xliij. Feria.iij. de duodecim iniuitatibus quibus p vsurã vsurarius deprauatur. Sermo.xlv. Licet eni ſm ordinẽ prędictum: hic tractatus preordinat: attamẽ prędicato⁹ discretus ⁊ doctus predictũ ordinẽ variabit anteponẽdo: iterponẽdo: variãdo: abbreuiando: dilatãdo: aut iuxta qualitatẽ ⁊ necessitatẽ audito⁹ ꝓgrue adaptãdo. Nam ⁊ egoip̃e qui ꝓpter tractatus cõnexionẽ: ⁊ cõtinuatõez ip̃m taliter ordinaui diuersa occurrẽte vtilitate: ac necessitate postponã oino talẽ ordinẽ obseruare eo q̃. viij. q. c. j. oportet dicit. Oportz eum qui docet ⁊ iustruet rudes aias esse talem vt p ingenio discentiũ semetip̃m posset aptare et verbi ordinẽ p capacitate audientiũ dirigere. Tu igit qui p supradicta a via iusticie declinasti: p charitatẽ iam resipisce iam q̃ desine p gredi p abrupta. iuxta illud Eccl. xxj. Fili peccasti ne adijcias iterũ. Sed iuxta prędictã dñi admonitionẽ. Vade ⁊ amplꝰ noli peccare: reuertere ad emẽdã. Et sicut dicit Esa. lviij. Bis solue colligatões impietatis. solue fasculos dep̃mentes: dimitte eos q̃ cõfracti sunt liberos ac omne onus disrũpe. Quevt efficere possis: disce quid in cõtractibus liceat: ⁊ quid nõ. Nã sicut dicit Prou. xvij. Qui deuitat discere incidet in mala ac ecõtra in. ij. c. ait. Si sciẽtia. s. bonũ anime tue placuerit: cõsiliũ custodiet te. ⁊ prudẽtia seruabit te: vt eruaris a via mala Attes de origine dñio⁹ primo tractãdũ est. Prout inde circa dominia rerũ ſm Scotũ. in. iij. dis. xv. q. ij. Tria ꝑncipaliter cõsiderãda sunt Primo eo⁹ iniciatio variata. scõo eo⁹ translatio que fit auctoritate pubica.

Articulus.i. vnde dominia rerũ originẽ habuerũt.

Primo eni cõsiderãda est dñio⁹ rerum iniciatio variata. Triplex eni varietas fuit dñio⁹ temporaliũ rerum. Prima fuerũt cõiter cõcessa. scõa generaliter reuocata tertia particulariter appropriata.

Qz in statu innocẽtie ea quę cõmunia erãt. Capitulum.i.

Primũ q̃dem varietas dñio⁹ rerũ fuit: q⁹ extiterũt cõiter cõcessa. Nam in statu innocẽtie omnia cõia erant. Vñ di. viij. c. j. dicit. Jure nature omnia sunt cõia oibus. Et eadẽ di. c. ij. Augustinus ait. sup Jo. Quo iure defendis villas ecclesie. diuino an humano'. Diuinum in diuinis scripturis habemus humanam in legibus regum. vnde quisq̃ possidet qđ possidet. nõne iure humano? Nam iure diuino. Dñi est terra: ⁊ plenitudo eius pauperes ⁊ diuites dñs de vno limo fecit: et pauperes ⁊ diuites vna terra suportat. Jure ergo humano dicit. Hec villa est mea. hec dom⁹ est mea. Jura humana: iura impato⁹ sunt: quia ipsa iura humana p impatores et reges seculi deus distribuit generi humão. Et addit. Tolle iura impatoris: ⁊ q̃s audeat dicere. Hec villa mea est. hic est meus seruus. mea est hec domus? Et subdit. Per iura regũ possidẽt possessiones. q. j. c. dilectissimis. Jterũ clemẽs ait Cõmunis eni vsus oiuz que sunt in hoc mũdo oibus eẽ hoibus debuit. Ad hoc aũt ſm Scotum ratio dari potest quare vsus rerũ ſm rectã rõnem sic hoibus cõpetere debeat: sicut ad pacificã cõuersationẽ ⁊ necessariã sustẽtationẽ cõgrue necesse est. In statu autẽ innocẽtie cõmunis vsus sine distinctõe dñio⁹ ad vtrũq̃ istoꝝ amplius valuisset q̃ distinctio dñio⁹ q̃a nullus tunc occupasset: qđ alteri necessariũ extitisset. Nec insup fuisset oportunũ illud ab eo per violentiã extorqueri sed quilibet hoc ꝓmo occupasset vtiq̃ occupasset ad necessariuz vsum. Sic q̃ ad sustentationẽ magis sufficiẽs extitisset q̃ si alicui p̃cluderet alicuius vsus: nec appropriationẽ illius alteri factã.

Qz preceptũ legis nature de habendo omnia cõmunia post lapsum est reuocatum. ⁊ maxime ꝓpter tria. Capitulum.ii.

Cũda varietas dñio⁹ fuit: q⁹ fuerũt generaliter reuocata. Nam ip̃m legis nature p̃ceptũ de habẽdo oia cõia post lapsuz reuocatũ est. Et hoc rõnabiliter ꝓpter tria excludẽda. Primo ꝓpter exclusionẽ negligẽtie. scõo ꝓpter exclusionẽ malicie. tertio ꝓpter exclusionẽ inimicicie. Primo ꝓpter exclusionem negligẽtie. eo q̃ terre in solitudinẽ verterent. ⁊ p cõsequẽs esset cõtra necessariã hoiuz sustentationẽ. Nam si agri oibus essent cões. sic etiã esset cõe agros colere ⁊ seminare: sed ex patẽti rõne experimẽtali cernim⁹ q̃ de cõibus

quasi nullus vl' modicū curat. Scdo ꝓpter exclusionē malicie eo q̄ aliter via fraudib⁹ atq̄ malicijs aperiret. q̄ aut oēs simul colerēt ⁊ seminarēt. ⁊ hoc incōueniēs atq̄ impossibile videt aut tantū aliqui. Sed cuj fructus deberēt esse cōes nullus repiret q̄ cum cōitate fructuū vellet sibi appropriare laborē. Proinde fortiores plus debito de bonis cōibus occuparent. Malicioſi q̄ ⁊ astuti puniri nō possent cū allegarēt se nō accipe alienū: atq̄ se talib⁹ indigere. Ex his sequeret q̄ semp mali haberēt melio⁹ et boni peius: q̄ mali multa superflua sibi cōgregarent: ⁊ boni nō nisi accipe vellent necessaria

Tertio ꝓpter exclusionē inimicicie. qō seq̄tur ex p̄dictis q̄ esset efficax occasio: q̄ pax nū q̄ inter hoies haberet. nam sepe cōtingeret q̄ eadē re. eodē equo. eadē domo. eodē agro. etiam plures vellēt simul vti: sed cum q̄libet fungeret equali iure cum res essent cōes q̄libet obtinere vellet. Malus q̄ ⁊ cupidus occuparet vltra ea que sibi necessaria essēt: ⁊ hoc violētiā inferēdo his q̄ vellēt secū rebus cōibus vti ad solā necessitatē. Sicut Gen̄. x. Et. vij. di. c. j. legit de Nemroth. vbi dicit. Cepit Nēroth esse robustus venator. i. hoiuj oppressor atq̄ extinctor coram dño. i. ꝓmittēte dño ſm Sco. et glo. Ex his ptz q̄ talis cōitas nullo modo expedit reipublice ꝓpe Polytia Aris. ij. Poly. q̄ nō sint oia cōia ꝓ republica p̄stantior est: q̄ polytia socratis ⁊ platonis. quā Aristo. reꝓhendit de cōibus oibus. Un̄. viij. di. c. j. dicit Apud platonē illa ciuitas iustissime ordiata tradit in qua quisq̄ nescit ꝓprios affectus: q̄. s. oia cōmunia sunt. qō in republica ꝓpter p̄dicta reꝓhensibile est. s. in statu nature lapse. Circa hoc Henricus de Gandauo in. iiij. quotlibeto. q. ij distinguit dicēs duplicē fuisse statū hois in p̄ncipio. ⁊ tripcicē modū possidēdi bona que pti nent ad hois vsum. Primus fuit status hūane nature institute in innocētia, ⁊ iusticia originali. scds est status nature humane p pctm̄ lapse et ab originali iustícia obliquate. Et iterū. Primo quedā possessio bonoꝝ cōis. siue in cōmuni nihil oino quo ad vsum ⁊ possessionē, q̄cūq̄ modo appropando. scdo est quedā possessio priuata oia sibi appropando: ⁊ nihil in cōem vsuz deducēdo. Tertio est quedā media aliqua. scz ſm vsum habēdo ꝓpria: sed ea ſm q̄ ratio dictat p loco ⁊ tpe cōi vsui exponendo. Prima possessio est inutilis: q̄ nō est mansiua. Scda est iniqua: q̄. s. est solitaria ⁊ ꝓpria: ⁊ ideo neutra ciuitati bn̄ disposite cōgrua est. Tertia vo est rōnalis ⁊ inter vtranq̄ media q̄ ciuitati bene institute idonea merito reputat q̄ ex instinctu recte rōnis ꝓuenit: que quodāmodo natura dicit: ⁊ ideo dr esse de iure nature: sicut ptz infra. di. j. c. ius naturale. vbi dicit q̄ ius naturale cōmune est omni natōi. eo q̄ vbiq̄ instinctu nature nō cōstitutōe aliqua habet: vt viri et femine cōiunctio. liberoꝝ successio. ⁊ puerorum educatio cōmunis omniū possessio: ⁊ oiuz vna libertas acquisitio eoꝝ: que celo mari terraq̄ capiantur.

De rerum diuisione ⁊ q̄ per legem positiuā iustam ⁊ autentica distincta sunt dn̄ia rerū vt hoc de iure sit meuz et illud tuū. Caplm̄. iij.

Tertia q̄ varietas dn̄ioꝝ tpaliū rerū extitit q̄ fuerūt particulariter appropriata vt hoc dicat meuz: ⁊ illud tuū. Hoc eni est fundamentū oīs iniusticie in ꝓtractādo rem alienaz. ⁊ p cōsequēs oīs iusticie in restituēdo eam Circa hoc aduertendū est q̄ tria fecerunt licitā hanc appropriationē Primo lex positiua scdo lex iusta. tertio lex autētica Primo lex positiua qō hoc modo ꝓbat. Naz remoto hoc ꝓcepto legis nature de habēdo oia cōmunia. et p cōsequēs cōcessa licētia appropandi: et distinguendi cōmunis. nō fiebat actualis distinctio: ⁊ appropriatio p legem nature. nec p legē diuinā. Non ꝑmo p legem nature. qō ꝓbabile est videre. non eni aparet q̄ illa determinet ad opposita. ipsa vo determiauit in natura humana q̄ oia cōia essent. Nec dicit q̄ illa ꝓpositio instituta de rerū diuisiōe. §. vere bestie vbi dicitur q̄ nullius est occupāti: cōcedit sic de lege nature. Et licz quasi statim post naturalē appꝛhensionē de hoc q̄ est res esse diuidēdas occurrat ista tanq̄ ꝓbabilis valde ⁊ manifesta. tn̄ rōnabilius pōt dici: q̄ ipsa nō sit de lege nature: sed positiua. Scdo nō p legē diuinā. qō ptz p illud Aug̃. supꝛapositū in p̄n̄. ꝑmi. c. vbi dicit quo iure ⁊c. Per locū igit a diuisione ex quo dn̄ia sunt distincta: ⁊ ptz q̄ non iure nature nec diuino. sequit q̄ a lege positiua facta est. Prima distinctio ⁊ appropriatio dn̄ioꝝ. Scdo aūt vt talis appropriatio licita esse dicat videre necesse est quō talis lex positiua sit iusta Talis aūt lex tunc equidē iusta est: q̄n in legislatore maxime sunt ista duo. s. prudētia ⁊ auctoritas. Primo prudētia. vt. s. ſm rectā rōnez practicā dictet q̄d faciendū vel statuendū sit p ipa cōitate Scdo auctas: q̄ lex dr a ligādo. sed nō quecūq̄ sinia prudētis ligat cōitatē. nec aliquē si nulla p̄sideat. Quō autē prudētie in se vel in cōsiliarijs suis a cōdentib⁹ leges possit haberi ad cogitādas leges iustas ex se satis aperte ptz Sed de auctē nunc dicendū est. Tertio aūt fecit licitā eē appropatoz lex autētica. i. auctas Circa hoc adūtendū est ſm Aristo. in. j. poly. q̄ duplex est p̄ncipatus seu duplex auctas di-

cl pōt. Prima est iconomica seu pr̄na. scda est polytica Prima est pr̄na ⁊ hic vero iusta est ex lege natur̄ q̄ filij tenent pentib⁹ obedire q⁹ q̄ dedit naturale esse videt habere in ipis natura lē auctē in ipis ꝓpagatis. nec etiā auctas hec ꝙ legē aliquaz positiuā mosaycā vel euangelicā reuocata est ꝑ magis amplius ꝓfirmata.

Secūda auctas ē polytica q̄ sup extraneos est Et hec dr̄ esse duplex. Prima residet in vna p sona: vt in rege francor̄. Scda i vna cōitate re sidet: vt ptz in italia vbi ciuitates vt plurimuz pncipant: sicut pz in venetijs i florētia in senis Et pōt vtraq; esse iusta ex cōi ꝓsensu ⁊ electōe ipius cōitatis. Prima siq̄dem auctas respicit naturalē desc̄sum. s. filior̄ a pr̄e q̄q̄ sint ciuiliter cohabitātes. Scda vo respicit cohabitantes q̄tūcunq; sibi nulla ꝓsanguinitate vl̄ ꝑpinq̄tate cōiūctos vtpote si ad aliquā citatē edificādā aut inhitādā aliq̄ extranei ꝓcurrāt q̄ cōsiderātes se bn̄ nō posse regi absq; aliq̄ auctē supiozis pn̄t cōcorditer cōuenire: vt vel vni p sone aut cōmunitati cōmitterēt illā auctē ⁊ vni vel ꝑ se tm̄: ⁊ successor eligeret: sicut ⁊ ipe fuit in republica romanor̄ vel ꝑ se ⁊ sua tota posteritate. Utraq; aūt ista auctas polytica merito iusta est. q⁹ pōt iuste q̄s se submittere dño alicuius singularis psone. vl̄ alicuius cōitatis in his que nō sunt cōtra diuinā legē in q̄bus melius pōt dirigi ꝑ illū cui se cōmittit q̄ ꝑ seipsuz Justuz eq̄dem est vt q̄ se bn̄ regere nesciūt: vel nō pn̄t: sine directōe vel auxilio alicui⁹ psone si ue alicuius cōitatis q̄ illi se subijciāt quo ad regimen tpale. Ex dictis habet plene quō licite ista tpalia dñia a lege positiua: a lege iusta: ⁊ a lege autētica fuerūt aꝓꝓbata. Patz etiā q̄ talis diuisio ꝑma dñior̄ fuit iusta a lege positiua Justa q⁹ fuit vl̄ a pr̄e diuidēte. sicut forte post diluuiuz fecit Noe filijs suis q̄ eis distinxit terras quas singuli occuparēt: ꝑ se ⁊ filijs suis et posteris. aut ipsi de cōi cōcordia inter se diuiserunt. Vel fuit a pncipe hoc statuente in quē cōmunis cōsensus ꝓli transtulerūt hmōi ptātez vel fuit a cōi cōsensu eor̄ qui cōiter possidebāt sicut Gen̄. xiij. dicit de Loth ⁊ de Abraam q⁹ abram dedit electionē ipsi Loth quā partē eligere vellet: ⁊ ipse reliquaz possideret. Vel pōt dici aliter q̄ ipsa lex ab ipso Noe ꝑmulgata fuit. aut ab aliquo electo a filijs suis in pncipē eorum vel aliqua cōitate cui ipamet cōitas hanc auctatem cōmisit. Que in q̄b lex fuit vel potuit esse q̄ res tūc occupata eēt ꝑmo occupātis cassa. Et sic post hoc diuiserūt se sup faciem orbis terrarū. ⁊ tūc vnus occupauit vnā ⁊ alter aliā plagā Hec ꝼm Sco. in. iij. di. xv. q. ij.

Articulus. II. de rerum translatōe que fit auctoritate publica. s. pncipis seu legis vbi etiaz dicendū est de p̄scriptione ⁊ vsucaptōe.

Secūdo cōsequēter cōsiderandū est rerum trāslatio que fit auctē publica Nē pe post p̄dictā dñior̄ diuisionē ꝑpter varias causas occurrētes tam in vita q̄ in hominū morte: necesse fuit dñior̄ rerū translatōz fieri. Preterea quō licite potuit fieri: ⁊ nūc possit breuit subiūgam⁹. Duplex est enī ꝼm Sco. vbi s. iusta translatio rerū. Prio q̄tū ad dñiū scdo ad vsuz. Primo fit q̄tuz ad dñiū vt si res a dño vnius in dñium alteri⁹ transeat. Scdo aūt fit quo ad vsum siue ius vtendi tm̄ apud eū dem tradentē dño remanente. Et de hac scda translatōe ad pns tm̄ hanc regulā generalē sct re sufficiat que talis est Regula. Justicia vel in iusticia translatōis vsus dñij easdē regulas habet iuste translatōis dñij De ꝑma aūt ad pns hoc est de ipsa translatōe dñij latius dissemus. hoc aūt dupliciter fieri pōt. Primo auctoritate publica. scdo auctoritate ꝑuata De p uata. De ꝑma aūt que fit auctoritate publica. scz ꝑncipis seu legis tm̄ in. v. arti. tractād ū est De qua talis regula est notāda. Regula. Trāslatio dñij auctē legis iuste iusta est. Hec regula patz. Nam si lex iusta potuit iuste determinare dñia ꝑma sicut in p̄cedēti. ca. dictū est Et nō minor est auctoritas ꝑncipis siue legis: q⁹ hic habeo ꝑ eodē post dñior̄ diuisionē sicut ante. Jgit ꝑpter eandē causaz atq; eundē finē dñiuz iuste transferri pōt post q̄ alicui fuerat aꝓꝓriatū. Ex hac regula sequit q⁹ p̄scriptio in mobili⁹ iusta translatio est. Prescriptō quidē in imobilib⁹ est: vt in domo: in agro: in vinea: ⁊ in similibus rebus. Insup incorporalibus rebus habet locū: vt in seruitutib⁹ electōibus ⁊ actiōibus ⁊ hmōi. extra de p̄scrip. c. j. et de cau. pos. ⁊ ꝓpr̄ie. cum eccl̄ia. xvj. q. iij. c. placuit. ꝑ. quas actōes Usucaptio vo in mobilib⁹ est. His igit iam p̄missis tria ad pns de p̄scriptione cōsideremus reliqua delinquētes in iure peritis. Primo ꝓsideremus circa p̄scriptionem iurium auctoritatē. scda iurium cōformitatē. tertio iurium varietatē.

Q⁹ ab omni iure p̄scriptio ⁊ vsucaptio originē habēt ⁊ hoc triplici rōne Capitulum. I.

Primo circa ipam p̄scriptionē cōsideremus iurium auctoritatē. Habet enī p̄scriptio auctoritatē a q̄libet iure. s. a iure naturali: ⁊ a iure ciuili: insup a iure canonico ⁊ fidei. Proinde ꝼm Sco. vbi s. Triplici rōne p̄scriptio licita est. Primo rōne pacifice cōuersationis. scdo rōne publice offensionis. tertio rōe

autētice iurisdictiōis. ℙrimo rōne pacifice cōuersatōis. Juste q̄dem statui pōt a legislatore qđ necessariū est ad subditor̄ pacificā ꝙuersationē. Sed dn̄ium neglecte rei sicut ꝙtigit esse in p̄scriptōe ⁊ vsucaptōe transferri in occupātem necessariū est ad pacificā ꝙuersationē ciuium. Nam si nō transferet dn̄ium in occupantē sed apud p̄mū post q̄tūcūq; tp̄s cōtinue remaneret orirent inde mortales lites eo q̄ posset ille q̄ rem neglexit: vel eius heres post q̄tūcūq; tp̄s repere rem illā neglectā ab alio vl̄ ab alijs q̄tocūq; tpe occupatā ac p̄ hoc tales orirent lites q̄ impossibile esset decidere eas: q̄ ꝓbationem sufficientē hr̄e nō possent. atq; ex talib⁹ litibus ꝑpetuis orirent cōtentōes atq; rixe ⁊ odia inter ip̄os litigātes. ⁊ sic necessario esset tota pax reipublice ꝑturbari. Scđo ꝙo licita est rōne publice offensiōis. Nam legislator iuste p̄ legē punire pōt etiā corpali pena quēlibz transgressorē. cuius trāsgressio vergit in detrimentū reipublice: multo amplius pecuniaria pena. ⁊ hoc illā applicādo fisco. q̄ pari rōe pōt eum tali pena punire applicādo illud in q̄ punitur alicui: q̄ in hoc est minister legis. Sz negligens tanto tpe rem suā trāsgredit. ita q̄ transgressio eius est in reipublice detrimentū. cū impediat pacē: q̄ iuste pōt lex sic rem neglectā applicare fisco: ⁊ sic ad maiorē pacē trāsferre eam in eum qui tanto tpe occupauit eaz. ſ. tanq̄ in ministeriū legis sicut p̄dictū est. Ex hoc ꝑtz quō intelligi debet illa p̄sumptio legis: seu iuris et de iure cōtra quā ꝓbatio nō admittit in cōtrariū: vt qñ mulier dat dotem qđ p̄sumit virum stipulatū de ea reddēda ⁊ obligasse bona in casu restitutōis li. j. c. de rei vxo. actio Et ex desponsa. ꝯis q̄ fidē in tex. ⁊ glo. sic etiā p̄sumit q̄ sic negligēs rem suā p̄ derelicta habuerit Et si hoc etiā non sit verū in re: attn̄ legislator punit eum. ac si eum habuisset p̄ derelicta. ⁊ illud in quo derelinquēti assimulat iuste req̄rit simile penā. Tertio insup licita esse videt rōe autētice iurisdictōis. Nam si quilibet pōt suū dn̄ium transferre in alīū. tota cōitas pōt cuilibet dominū de cōmunitate trāsferre in quemlibet: q̄ in facta cōitatis ꝙsensum cuiuslibet p̄sumpono includi. Jgit cōitas illa hn̄s iustū cōsensuz quasi iam obligatū in hoc q̄ quilibet cōsentit in leges iustas cōdendas a cōitate: vel a p̄incipe: pōt p̄ legem iustā in quēlibet cuiuslibet trāsferre dn̄ium. Ex his ꝑtz ꝑm Gerardū obdoneñ. q̄ possidēs aliq̄d iure p̄scriptōis iuste possidet. q̄ auctoritate legis iuste. ℙropterea rem legitime p̄scriptā vel vsucaptā restituere. potius est pfectōis ⁊ superogatōis. q̄ debite necessitatis ⁊ obligatōis. Ex dictis ꝑtz q̄ p̄scriptio optime sic describit a mgr̄o Gerardo de senis ordinis heremitaruz. ℙrescriptio est quoddā ius ex tpe cōgruēs. auctoritate leguz vim capiēs inferēs negligētibus penā. ⁊ litib⁹ finem imponēs. Jn hac aūt p̄scriptōis diffinitione ponunt tria. ℙrimo cōgruū tp̄s legevti q̄ limitatū sine qua limitatiōe negligētia inexcusabilis nō fuisset Scđo legū auctoritas ex tali negligētia p̄scriptionē inducēs. Tertio causa finalis tangit ꝓpter quā p̄scriptio est inuenta. ſ. vt penā negligētibus inferret. ⁊ litib⁹ finē imponeret quēadmodū ⁊ vsucaptio. ff. de vsucap. li. j. Dicit eni ibi q̄ vsucaptio introducta est p̄ bono publico. ſ. ne q̄rundā rerū dn̄ia diu et fere semp incerta essent. Hec descriptio ꝙcordat cum declaratōe papie qui p̄scriptionē declarat dicens: q̄ p̄scribere est p̄dicere: cōtradicere: ⁊ diffinire. ℙredicit eni cum tp̄s statuit. Cōtradicit repetēti qđ p̄scriptū est. Diffinit denicq; lites. Et sic tria que dicit corr̄ndēt rebus tribus que in p̄fata descp̄tōe posita sunt.

Quō ⁊ in quo cōcordāt in p̄scp̄tione ⁊ vsucaptōe ius nature ⁊ ius ciuile

Capitulum .ii.

Secūdo cōsideremus circa p̄scriptōez iuriū ꝙformitatē. Dico eni modo cōcordant in p̄scriptōe ista tria iura. ſ. ius nature ius ciuile: ⁊ canonicū ius ℙrimo ꝙo oñdem⁹ in p̄ti c. quō i eo ꝙcordāt ius nature: ⁊ ius ciuile Scđo mōstrabimus in ca. sequēti: quō ⁊ in q̄ in ea ꝙcordant atq; discordāt: ius canonicū: et ius ciuile. ℙrimo in q̄ oñdamus cōcordiā iuris nature: ⁊ iuris ciuilis. Nō vti q̄ est talis p̄scriptio cōtra ius nature: quēadmodū dicere videt i g. ff. de vsuc. li. j. Et. xxvj. q. iij. in glo Ad cuius intelligentiā notandū ꝑm Gerardū de senis ordinis heremitarū: sicut recitat Joh an. in mercurialib⁹ in regula possessoris q̄ duo sunt circa hec cōsiderāda. ℙrimo quid sit ius nature. scđo quid sit ius legale. Jdeo notandū est q̄ qđlibet ius cōsistit in rectitudine quadaz ergo ius dictū est. vt dicit di. j. c. ius generale: q̄ iustū est. Justicia aūt nihil aliud est q̄ quedam rectitudo. Dīne ergo ius siue naturale: siue legale in quadā rectitudinē cōsistere habet. Et licet ius naturale ⁊ ius legale distincta sint nō tn̄ eoz rectitudo diuersa est: sed eadē. aliter et aliter tn̄ sumpta. Nam ius legale non addit sup ius naturale aliam rectitudinē: sed eandez specificat: ita vt verum sit dicere: q̄ ius legale sit quedā specificatio: ⁊ expressio naturalis rectitudinis. ⁊ hoc triplici modo. quādoq; determinando. quādoq; applicādo. quādoq; declarando. ℙrimo modo. ſ. determinādo p̄ cōgruos modos. Verbi gr̄a. Naturale ius vult delinquentē puniri: sed punitiōis nō determinat

modos qđ đdem facit legale ius. vtendo rectitudine naturalis iuris. ſ. puniendo ꝑm qualitatem delicti. Scđo modo ſpecificat. ſ. aplicādo varios actus. Verbi gra. Rectitudo naturalis iuris vult nemini ſubtrahi qđ ſuū eſt. Jus vo legale diſtinguit actus ab illa rectitudie deuiantes. ſ. actū furandi: rapiēdi: ⁊ fenerandi: ⁊ ſimiles. Ultra hoc oſtendit quō vnus illoꝝ actuū plus ꝙ alius deuiat a rectitudine naturalis iuris. Et ꝑm illud inſtituit maiores vłmi noꝝ penas: ac per penarū metum ꝓſeruat in hoibus rectitudinē iuris naturalis. Ex đ̄ ptz ꝙ non addit rectitudinē: ſed illā ſpecificat ⁊ declarat. Tertio modo ſpecificat declarando. ſ. ꝙ quoſdaꝝ euentus. Verbi gra. Ex iure naturale ſumit qđ rectū eſt. ſ. locupletari nō debet quis cum alterius iniuria vel iactura que eſt regula iuris in lī. vj. Non tñ poteſt habere a dicto iure nature an poſſibilis ſit aliquis caſus vel euētus in quo quis locupletari poſſet: ⁊ ſine iniuria alterius. Proinde ſpecificat p̄dicte regule intellectū in quibuſdaꝝ caſibus in đbus homo locupletari pōt cum alterius detrimēto: ⁊ ſine iniuria eius: ſicut ptz in p̄ſcriptōe ⁊ vſucaptōe eo ꝙ in eis infert alicui damnū. ⁊ tñ iniuria illi nō irrogat. Patet eni licet ille cōtra quē p̄ſcriptio currit damnū patiat. nō tñ patit iniuriaz qz ipſe ꝑpter negligentiā ſuā illud meret damnum. Ex his ptz ꝙ lz in tali caſu recedi videat ab intellectu quē ꝑm lr̄am regula ſonat: nō tñ recedit ab intellectu quē in ſeip̄a regula portat Nam ſi ea in omni caſu ad lr̄am ſeruaret a duobus alijs que ſunt de iure nature exp̄ſſe recederetur. Et ꝙ ita ſit patz. Non eni regula antedicta pōt in quolibet caſu obſeruari ad lr̄am niſi vſucaptio ⁊ p̄ſcriptio de medio auferant. qđ ſi ſit pctm̄ negligētie: qđ eſt cōtra bonū publicū: vtiq̄ nō punit: ⁊ ꝙ conſequēs eſt recedendū ab illa regula naturalis iuris: que dicit ꝙ rectum eſt pctm̄ puniri. ⁊ maxime pctm̄ cōtra publicū bonū. qđ. ſ. dat materiā litiū ⁊ rixarū. Et ideo ſi p̄ſcriptio ⁊ vſucaptio tollerent recederet ab illa regula naturalis iuris que dicit ꝙ bonum publicū ⁊ cōmune cuicū q̄ bono ꝑpio: ⁊ ſpeciali preferendū eſt. Jure aūt p̄ſcriptōis ⁊ vſucaptionis totū cōtrariū fit cum peligat bonuz ꝑpriū illius qui negligit repetere ſua ⁊ dat materiam litiū ⁊ rixarū. Et per cōſequēs poſtponitur cōmune bonuz qđ cōſiſtit in pacifico cōmunitatis cōuictu Ideo aduertendū eſt ꝙ naturale ius diūſas regulas habet que tñ ſic ſemper intelligēde ſunt ꝙ vna alteri ſi aduerſet: ar q̄ ita ſeruande ſunt ꝙ cum ſeruat vna contra aliam non eatur. Poſſunt q̄ vltra p̄dicta alia adduci exempla. Conſtat eni ꝙ de iure nature rectū eſt ꝙ depoſitū reddat: ſicut ptz di. j. ca. ius naturale. Et tñ gladius furioſo reddi non debet: qz ꝑ hoc vitiaret regula de nō occidēdo et de pace inter hoies cōſeruanda: quoꝝ vtrū q̄ ex gladij reſtitutōe in ſeipſo atq̄ in alio poſſet vtiq̄ violari. xxij. q. ij. ne quis arbitret. Ex quo ptz ꝙ ꝑpter rectitudinē legis nature recedit a litera naturalis iuris: quā ſequēdo incideret in culpā. ⁊ hoc ſupueniens circūſtantia facit. Ex dictis ptz ꝙ ius legale nō addit ſuper ius naturale aliquā rectitudinē ſpecialē ⁊ nouā ſed ſpecificat illā ꝑ quoſdā ſpeciales caſus: in q̄bus ſi ſi non ſeruet rectitudo iuris naturalis: ꝑm vnam regulā ſeruat tñ ꝑm aliaz ſicut dictū eſt Vel etiā dici pōt. ꝙ in talibus caſibus licet non ſeruet ſenſus quem littera ſonat: ſeruat tñ ſenſus quē eadē regula ſeruat: ⁊ portat ꝑm intelligentiā veram. Claret etiā ex dictis ꝙ rectitudo naturalis iuris: atq̄ legalis nō eſt alia: ⁊ alia: ſed vna ⁊ eadē aliter ⁊ aliter ſumpta.

In quo ⁊ quare in p̄ſcriptōe ⁊ vſucaptione diſcordant ius canonicū: et ius ciuile. Cap. III.

Tertio circa ipam p̄ſcriptionē cōſidere mus iuriū varietatē Ad intelligenduz aūt quare p̄ſcriptio canonici iuris diſtincta ſit a preſcriptiōe iuris ciuile. notanter aduertēdū eſt: ꝙ circa ea que dicunt in p̄ncipio capi. aliquid eſt certū: aliquid vo dubiū. Primo eq̄dem certuz eſt ꝙ preſcp̄tio que currit ꝑm ius canonicū in p̄ſcribēte bonā fidē req̄rit: ſic̄ ptz ex de reḡ. iur̄. li. vj. poſſeſſor vbi dr ꝙ poſſeſſor male fidei vllo tpe nō p̄ſcribit cū ꝓcordātijs ſuis. Et ſilr ptz ꝙ p̄ſcp̄tio q̄ currit ꝑm ciuile ius nō req̄rit bonam fidem in p̄ſcribente: ſicut ptz. c. de p̄ſcrip. xxx. vel. xl. anno. lib. j. oēs. et. l. cum notiſſimi. Scđo aūt eſt dubiū. ſ. an ipſa preſcriptōis diūſitas inter p̄dicta iura rōnabil ſit cēſenda Naz ſi preſcriptio male fidei cōcordat equitati naturalis iuris videt ꝙ ſtatuēdo ambo predicta iura debuerūt in eam ſimul cōcordare. Si vero dicta p̄ſcriptio eſt iniqua: ⁊ cōtra eq̄tatem naturalis iuris: videt ꝙ nullū legale ius debuerit illā ſtatuere. Sed aduertendū eſt ꝙ predicta preſcp̄tio cōſiderata mente ciuilis iuris illā ſtatuentis iuſta vtiq̄ eſt ⁊ equa. qz concordat equitati naturalis iuris. Sed alio modo conſiderata mēte preſcribētis pfecto iniqua iudicāda eſt. qz a iuris naturalis equitate recedit. Et ꝙ ita ſit patz. Nam ciuile ius ꝑ preſcriptionē male fidei duplicē finem intēdit. Primo negligentes punire. Scđo vero litibus finem dare. Et vter q̄ finiū predictoꝝ coꝛreſpōdet iuri naturali: ſicut in. j. c. p̄ntis artic. dicebat. Ex hac igit parte talis preſcp̄tō iuſta ⁊ equa merito dici poteſt. Sed qz ipſe preſcribēs ꝑ eandē p̄ſcri-

ptionem intendit vsurpare alienã rem. ideo ex hac parte merito iniusta ⁊ iniqua dicenda est: qz discordet ab illa regula naturalis iuris que ait. Qd tibi nõ vis fieri alteri ne feceris. Insti. de iusti. ⁊ in re. §. iuris precepta. Et ex hoc manifeste patet que causa fuit q̃ prescptio male fidei a iure ciuili introducta fuit. Attñ adhuc remanet dubiũ: Quare canonicũ ius in prefata pscriptõe a ciuili iure discordat? Quapropter aduertẽdũ est. q̃ prescriptio male fidei partim est a iure ciuili iducta: sicut predictũ est. ⁊ parpartim pmissa. s. ꝓsiderata prescribẽtis iniquitate: quo respectu est iniusta: sicut etiam dictũ est. Nec sic ꝗdem est ꝑm illud a ciuili iure inducta: sed tantũ pmissa: qz ius ciuile ⁊ quodlibet aliud ius: licet nõ valeat aliqd iniustũ atq; iniquum inducere. potest tñ illud quãdoq; pmittere ꝓpter aliqd bonũ ⁊ iustum: qd elicit inde ad qd tale ius magis spectat. sicut ptz infra sermo. xxxviij. c. iij. arti. iij. in prin. Sic in ꝓposito ꝗdem est. Nam pmittit q̃ prescriptio illius ex mala fide ⁊ iniqtate ꝓcedat: vt p eam duplicem prefatũ finẽ eliciat. Hoc autẽ ideo facit: qz cum ius ciuile intendat p vltimo fine cõseruare ciuilẽ societatẽ. cui fini decernit maxime necesse est negligẽtes punire: ⁊ litigia terminare: et ideo magis intendere debet ad hoc quasi ad cõmune bonum q̃z vt iniqtatem remoueat vel corrigat prescribẽtis. cum sit bonũ particulare Nempe magis ad ipsum spectat illius duplicis finis equitas ꝓsequẽda q̃z ipsius prescribẽtis iniquitas corrigẽda Et sic ptz quare in prescriptõe malefidei ius canonicũ a ciuili iure discordat. Amplius enĩ cum duo illa iura fundata sint sup eodẽ naturali iure: mutuo sibi subuenire cõueniens est. Nam si vnũ alteri non subueniret: sequeret q̃ vnũ eoz in oibus sufficiẽs esset ⁊ p cõsequens alterũ supfluũ foret. Sepe vero accidit q̃ ad vnũ ⁊ eundẽ affectũ vnũ eorum sine altero minime sufficere ꝑt. Verbi gra In puniẽdo clericũ aut eundẽ mozti iuste tradendũ absq; iure canonico non sufficit ius ciuile: qz cum degradare non põt. Nec etiã ius canonicũ sine iure ciuile sufficiens est: qz canonicus iudex illũ minime occidere põt. ideo predicta iura mutuo sibi subueniũt in dicto casu: qz quodlibet eozũ exequit q̃ ad eum ptinere videtur. Sic suo modo igit in pscriptõe male fidei euenit. Nam in ea est aliqd iustũ ad persequendũ. que ꝗdem duo ex supiozibus patent. Nec siqdem duo p idem ius minime fieri possunt: ideo necesse est q̃ sit aliqd ius quod dictã prescriptionẽ ꝓpter predictũ duplicẽ finẽ instituat: ⁊ aliud ius: qd eandẽ pscriptionẽ ꝓpter malã fidẽ pscribentis ꝓhibeat: ⁊ hoc modo ꝑdicta iura sibi mutuo subuenire ꝓbant. Nec quidẽ cõtradictio est interea: sicut dicit infra sermone. xxxviij. c. vlti. Ubi ꝓbabit q̃ vnuz ius põt alteri obuiare non p cõtradictionẽ sed tñ per omissionẽ: qz id qd omittit ab vno sepe ab altero sumi solet sicut est in ꝓposito nostro. Nam q̃ mala fides debeat pscriptionẽ infringere hoc a ciuili iure omittit: qz ꝓpter causam antedictã ad euz nõ spectat infringere eam. Sz a canonico iure assumit: qz ad eum merito spectat infringere eam. Nec tñ est cõtradictio si ciuile ius dicit talẽ pscriptionẽ equã ac iustã: et per cõsequẽs instituendã. ius vo canonicũ dicit illã pscriptionẽ esse iniquã ⁊ iniustã ac p cõsequẽs ꝓhibendaz: qz sic dicẽdo non attendit ad eandẽ causam: nec ad eundẽ finem. Ubi autem vera cõtradictio erit: necesse est q̃ ꝑm eundem respectũ accipiant termini. Preterea ciuile ius intendit seruare iusticiã ꝓpter litigia terminare. Canonicũ vero ius intendit terminare litigiã ꝓpter iusticiã cõseruare. Nam principalis finis iuris ciuilis est cõseruare ciuilẽ societatem: que minime conseruat nisi litigia terminent Juris aũt canonici finis ꝓncipalis est animas ordinare in deũ: ⁊ in euãgelicam legez vt. s. homo eternã gloriã cõsequat. Hic ꝗdem ordo in dño haberi non põt nisi cõseruet iusticia: vt. scz p eam interior actus quo ordinat in deũ ꝑm iusticiã regulet. Proinde extra d reg. iur. c. qui scandalizauerit dicit. Utilius scandalũ nasci pmittit: q̃z veritas relinquat. Preterea canonicũ ius sequit euangelicã legẽ: ⁊ ei subalternat: que lex euangelica a ciuili iure discordat in rectificãdo actũ interiorẽ. Sicut ptz Matth. ij. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Jus aũt ciuile solũ mittit rectificare actũ exteriorem: qui est adulteriũ: per qd posset ciuilis societas impediri Ex quo ptz q̃ canonicũ ius in pscriptionẽ malefidei debet penitus ꝓhibere. p quã actus interior obliquat; ⁊ sic in hoc a ciuili iure discordare necesse est. Questio.

Sed queri põt an ille qui cõpleta pscriptõe seu vsucaptõe incipit habere malaz fidem: rem possessam restituere teneat? Ad hoc dicenduz ꝑm iuristas q̃ nõ. Et hoc triplici rõe. Primo rõne auctoritatis. scdo rõne ꝓprietatis. tertio rõne inculpabilitatis. Primo rõne auctoritatis. Nam si bona fide durãte pscriptio ⁊ vsucaptio cõpleat tutus videt esse pscribẽs nõ tãtum ꝑm ciuile ius: sed etiã ꝑm sacros canones extra de prescrip. c. iiij. ⁊. c. ad aures. xvj. que. iij. c. j. ij. iij. ⁊. cap. dilectio. ⁊ extra eo. ti. li. vj. Preterea iura faciũt hoc meũ: illud tuũ. distin viij. quo iure. Scdo rõne ꝓprietatis. Nam si prescriptio compleat durante bona fide iam factũ est tuũ vtriusq; iuris auctoritate qd erat

ante alienū: non obstante quacunq; mala fide postea subsequēte ꝓpter qđ talis restituere nō tenet. Tertio rōne inculpabilitatis. qz nullus restituere tenet illud qđ iuste ⁊ bene possidere ꝓbat Sed talis ꝓscribēs possidet rem ꝓscriptā iuste ⁊ bene: non obstante mala fide supueniente. ergo eam restituere nō tenet Maior est euidens. minor ꝓbat. Nam illud qđ de iure habet: iuste ⁊ bene ex parte iuris vtiq; possidet: ⁊ ꝑ cōsequēs alienū non est: sicut patet. xiij. q. iij. c. quid dicā. Dicit enī ibi certe alienum non est qđ iure possidet. Hoc aūt iure qđ iuste: ⁊ hoc iuste qđ bene. Hec tibi Ipse enī ꝓscribens habet ⁊ possidet rem ꝓscriptā de iure: ergo ⁊ iuste: ⁊ si iuste: ergo ⁊ bene. Et sic nō videt possidere rem alienā: sed suam: ⁊ ꝑ cōsequens restituere non tenet. Quidq; tamen dicunt talem ad restitutionē teneri. Se hanc opinionem Hostien. deridet nihilomin⁹ tñ tenet q; si de hoc cōsciētia remorderet: nec cōsilio peritor reformari valeret: sequēda est: licet erronea sit extra de sen. ex com. inquisitioni. ⁊ de symo. c. per tuas. ij. Asserit tñ talem scrupulosaz cōscientiā esse. ac timere vbi nō est timendū. extra de symo. ⁊ si questiones cum cōcordantijs Dicitq; se in hoc nō esse de illis pensato: q; ꝓscribens iuris auctoritate dñium adeptus est. Huius sententie videt fuisse Sco. sicut ex dictis in. j. articulo. ⁊ in sequētibus patet. Item Tho. in. xiij. quotlibeto. articu. xj. licet de hoc breuiter dicat. Idem tenet Joh. glo. xiiij. que. vj. si res. Idem Tan. ⁊ Vin. xxxiij. q. ij. c. vigilanti. ⁊ infra. c. vlt. de ꝓscrip. ⁊ Hoff. Hos sequit Joh. Andre. in mercurialib⁹ in regula possessoris vbi in fine illius regule ait. Ad roborationē p̄dictoz notandū est. q; modi acqrendi dñia de iure positiuo sunt ⁊ si dñia sint de iure naturali vel gentiū. Cum igit iste modus sit vnus transferēdi dominiū. s. per ꝓscriptionem licitus est ex quo fit bona fides. Quare igit qui ꝓscripserit: sicut ⁊ qui emerit nō erit tutus. Si enī per ius positiuū ille tutus est ꝙse cōcordat cum Scoto. ⁊ hec est cōmunis sententia iuristaz. Questio. Scdo circa ꝓscriptionē queri potest: quedici culpa possz cōmitti ab illo qui mala fide possidēs rem ꝓscribit: Dicendū q; licet ꝓprie ⁊ directe nō potest dici fur vel raptor. interpretatiue tñ: ⁊ indirecte potest: ⁊ debet cum vtroq; censeri: eo q; tā qđ fur vsurpat rem alienā: ⁊ tanqđ raptor eam publice rapit. Preterea si rempublicā non ledat fur vel raptor qđtum ad actuz exteriorē: tamen cōscientiā suā nō minus inficit cozaz deo. nam veraciter fur est ⁊ raptor qđtum ad interiorem affectū: licet nō qđtum ad exteriorē actum.

Et ꝟm hūc sensum loqui videt. c. illud. xiij. q. v. c. si qđ. Ibi enī dicit. Si qđ inueniſti: ⁊ non reddidisti: rapuisti ⁊c. Ille nēpe q; rem alienā reperit ⁊ eaz nō reddit: iz nō sit raptor directe et ꝓprie qđtuz ad actū exteriorē. qz alienā rem nō videt ꝙ violentiā vsurpare: tñ interptatiue ⁊ indirecte est raptor qđtū ad actū interiorē. qz rem alienā ad modū raptoris ⁊ furis sibi apetit vendicare. Ideo coz̄ deo infectā cōscientiā habet. sicut fur ⁊ raptor cum deus plus respiciat ad effectū qđ ad actū. Et de hoc est qđ dicitur in. iij. c. Qui alienū negat: si posset etiā tolleret. Deus enī coz̄ inꝛrogat nō manū. Ex his ptz q; mala fide ꝓscribēs: qđtū ad cōscientie culpam eꝛpollet raptori ⁊ furi: ac ꝙ cōsequēs indiget ꝓscientiā suā purgare. atq; rectificare: sicut et illi. Sed p̄dicti nō possunt hoc agere nisi per cōdignaz restitutionē iuxta regulā iuris li. vj. Non tollit pctū nisi restituat ablatū. g̃ eodē modo ꝓscribēs mala fide nō poterit cōscientiā suā purgare ⁊ rectificare: nisi ꝙ condignā restitutionē: sicut fur vel raptor.

Articulus. iij. de rerum translatiōe que fit auctoritate ꝓuata.

Tertio etiā tractandū est de translatōe rerum que fit auctoritate ꝓuata. i. per actū ꝓsone ꝓuate īmediate habētis dominium rei. Hoc aūt vbi s. ꝟm Scotū dupliciter fieri potest. Primo ꝙ actū mere liberalē. secundo ꝙ actū ꝟm quid liberalē. Primus est qñ transferēs nullā expectat redditionē Scdus vo est quādo ꝙ eo qđ transfert expectat aliquid sibi reddi.

Rerum translatōe que fit īdonatiōe et cōmodato. Capi. I.

Prima q̄dem translatio fit auctoritate ꝓuata ꝙ actū mere liberalē in qua trāsferens nullaz expectat redditionem sicut in donatiōe ⁊ cōmodato. Pro hoc aūt talis regula datur. Regula. Pñs alicuius rei nisi ꝓhibeat a iure vla suo superiore a cui⁹ volūtate dependet in dando: donare pōt rem suaz alij volenti accipe eam. Hec ꝓbat qz ex quo ꝙ actū voluntatis suę fuit dñs. igit ꝙ voluntatē cessare potest esse dñs ⁊ alius vult incipere esse dñs: ⁊ non ꝓhibet alia causa superior istum desinere ⁊ illum incipere esse dominū. ergo per talem donationē translatio dñij fit vere ⁊ iuste Et ex his ptz q; de rōne liberalis donatiōis sunt tria. Primū scz liberalis: ⁊ voluntaria translatio ex parte donātis. Secundū est volūtas recipiendi: ⁊ ex parte illius cui datur. Tertiū est libertas amboz. huius donādi: ⁊ illius recipiendi. i. q; nulla lege superiori ꝓhibeat iste donare vel ille accipe. nec ꝙ actū alterius a quo de-

pendēt in ista translatōe. Ex quo ptz q mona chus vel filiusfamilias non pōt aliq̄d dare sine assensu vel saltem cōsensu expresso seu interp̄ta tiuo abbatis vel patris. Cuius ratio est q; do/ nare ꝓhibiti sunt a lege supiore Item q; dona tio eoz dependet a ꝓsensu expresso vel interp̄= tatiuo abbatis vel patris. Sic' clericus dona/ re non pōt in aliquo casu sine volūtate vel sal/ tem cōtra volūtatē pape. extra. de censi. c. Ro mana. li. vj. vbi precipit' q; visitantes a visita/ tis nulla recipiāt munuscula: ⁊ si receperint te neant' restituere duplum vel non absoluant' a maledictōe quā ipso facto meruerūt. Aduertē dum est q; in donatōe iusticia minime esse pōt si donans non liberaliter donat: vel ꝓtra volū tatem eius: a quo dependet in donādo donat. Sicut ptz in casu qui ponit' extra de censi. ca. exigit. li. vj. vbi p̄cipit' visitātibus munera nō recipe que si receprint duplū eius q̄ receptuz fuit ecclesie a qua receperint infra mensem red= dere teneant': ⁊ talia non seruātibus ibidē gra ues pene subdunt'. Nō insup mere liberaliter donat si deceptus vel quasi necessitate coact' aliquid donat: q; ignorātia ⁊ aliqualis coactō excludit voluntariū: sicut ptz. iij. ethicoz. Et ex hoc sequit' q; deceptus de eo cui donat q̄tū ad illā rōnem ꝓpter quā donat: nō simpliciter donat: ⁊ ideo si alicui tanq̄ ꝓpinquo donat q̄ tamen non est ꝓpinquus simpliciter donat. Similiter si alicui egeno qui non est egenus. Ideo videant illi trofatores si qui diuites exi/ stentes tanq̄ egenti recipiūt elemosynas. nec iniuste omnia hniusmodi recipiant: q; non est ibi in dāte voluntariū ꝓpter cōditionis igno/ rantiā quā in dando recipit donans Idem q̄z si artatus aliqua necessitate: vt in vsuris dādis vel dimittēdis: ⁊ indulgēdis nō est meredona tio liberalis. Hec fm Sco. vbi supra. Sed de hoc plenius in tractatu de restitutōib' in qua/ dragesimali de christiana religione sermōe. xl. arti. ij. c. iij. dictū est. Insup ꝓpter quandā si'i tudinem ⁊ correspondentiā ipsius translatōis liberalis vsus qui fit in cōmodato cum illa. scz que fit per actum mere liberalē in donatiōe de ipo cōmodato nunc aliq̄d disseramus. Habet eni similes leges cōmodatū cum translatiōe li= beralis vsus: ad hoc. s. q̄ sit iustū. Nam ꝑmo requirit in cōmodante liberaz voluntatē. Se/ cundo requirit in recipiente q; rem cōmodatā recipere velit ad suū vsum. Tertio q; nō sit ali qua volūtas legis seu ꝓncipis obsistens cōmo dationi. Est etiaz aduertendū q; in cōmodato simili modo iniusticia cadit: sicut in donatiōe: de qua dictū est. licet in cōmodato nō sit equa lis effectus ꝓpter equalē vitiū: q; translatio vsus ad tempus: non inquirit tantaz libertatē q̄tam translatio dñij liberalis. Hec fm Sco/. tum vbi supra.

Unde cōtractus originē habent et de multiplici distinctōe ⁊ varietate eo= rum. Capitulum. II.

Secūdo vo translatio rerū fit p actum fm q̄d liberalē: q̄ñ p eo q; quis trans= fert aliq̄d sibi reddi expectat equiualens ei q̄ transfert': ⁊ talis translatio ꝓprie ꝓtractus no= minat': q; ibi trahunt' partiū volūtates. Tra/ hitur eni iste ad transferendū in illū a cōmodo q̄ expectat ab illo Proinde a q̄busdā diffinit' Contractus est duoz vel pluriū in idem ꝓsen= sus. Contractus vo in q̄bus dñia transferunt' sunt in triplici differētia. Primus dicit' rerum ꝑmutatio. scōs emptio ⁊ venditio. tertius mu tui datio ⁊ acceptio. Primo sunt quidā cō/ tractus rei vtilis p re vtili imediate: sicut p bla do oleum: p frumēto ⁊ similia. Et talis cōtra= ctus dicit' rerū ꝑmutatio: do vt des. vel do si das. Et infra. c. iij. subiūgemus. Scōo sunt q̄= dam cōtractus rei vtilis p nūmo sitate vel ecō tra. q; eni q̄ñq̄ difficile erat res vsuales cōmu tare imediate ideo remediū repertū est p q̄ ta lis cōmutatio facilit' fieri posset. Q̄ vocat' nū= misma li. j. ff. de ꝓtraben. emp. Et tunc cōmuta tio nūmismatis p re vtili vel vsuali emptio dr. Ecōtra vero venditio dicta est. Et de his dice mus in sermone. xxxiij. ⁊. xxxv. Tertio vo sunt alij cōtractus. s. nūmismatas p nūmisma= te. Et talis cōtract' mutuū noiat'. i. mutui da= tio ⁊ acceptio. Et de hoc in sermone. xxxvij. di cturi sumus. Et iterū de hoc aliq̄d dicit' in ser mone. xxix. arti. iij. Insup aduertēdū est q; sex sunt cōtractus in q̄bus transfert' dñium. Pri= mus est liberalis donatio. scōs rerū ꝑmutatio tertius emptio. quartus venditio. q̄ntus mu/ tui datio. sextus mutui acceptio. Sūt ⁊ alij cō tractus in q̄bus transfert' vsus vel ius vtendi retēto dñio Et his correspondēt sex modi trā= slatiōis dñij. Primo eni liberali donatōi dñij correspōdet vsus rei cōmutatio. Scōo rerū p/ mutatōi correspōdet mutua vel ꝑmutua cōmo datio. Tertio emptioni correspōdet cōductio. Quarto locatōi venditio. Quinto aūt mutui acceptōi nō correspōdet aliq̄d ꝓprie in transla tione vsus rei. Ex dictis ptz q̄bus modis pos= sunt rerū dñia: atq̄ vsus earū transferri in mul tiplici cōtractu. Aduertendū est q; iuxta ꝑmaz regulā posita in principio p̄cedentis arti. ꝓtra ctus in q̄bus transfert' vsus vel ius vtendi re= tento dñio regulariter iusti sunt vel iniusti iu= xta regulas translatōis dñij. Hec fm Sco. no tanda vbi supra.

De rerū ꝑmutatōe ⁊ que requirun

tur ad hoc q̄ iusta sit. Cap. iii.

Tertio vo addi põt translatio quedam particularis que ad pñs sit de rerũ pmutatõe q̄ de ea in capi. p̄ceden. in distinc. j. posita est. Unde ſm Sco. ibi sup̄a circa iustam rerum pmutationẽ talis regula dat. Dñi rerum iuste eas pmittãt si sine fraude seruent equalitatẽ valoris incõmutatis ſm rectã rõnem. Circa quã regulã notandũ est q̄ vltra cõditões que necessarie sunt ad iustã donatõez de quibus dictũ est s. art. ij. c. ij. Tres etiã alie in p̄dicta regula describunt que ppue sunt ad iustã pmutationẽ. Primo enī dicit sine fraude. Unde triplicẽ fraudem cõuenienter excludit. Primã in substãtia. secundã in q̄titate. tertiã in qualitate. Prima inq̄ in substãtia vt nõ cõmutet aurichalchũ p auro. nec aqua p vino. s. in vino lymphato. Secõam in q̄titate. vt si q̄titas mensuret per virgã: siue p pondus: seu p aliuz modũ sextariũ ⁊ hmõi: siue in liquidis: siue in aridis iustũ pondus: ⁊ iusta mensura seruetur. Tertiã in qualitate q̄ non cõmutet vltra num corruptũ p vino puro ⁊ sano. Hec oia p banc exta de iniur. ⁊ dã. c. si culpa. vbi dr q̄ occasionẽ dãni dat dãnũ dedisse videt. Si de fraudans in substãtia illũ q̄ pmutãdo putat accipere aliam substantiã vel in q̄titate: qui putat accipere aliud quale dat damni occasionẽ: q̄ nõ pmutaret nisi crederet aliaz subam. aliã q̄titatẽ. aliã q̄litatẽ accipe. q̄ videt de p̄sũptõe iuris: ⁊ ſm veritatẽ dedisse damnũ. Si aũt inadueretẽter aliq̄s p̄dictoz defectuũ in re vendenda repertus est: venditor nõ peccat. tñ cuz puenerit ad noticiã eius recõpensare tenet dãnum emptori illatũ. Et hoc etiã vide in sermõe xxxv. art. iij. p totũ. Secũdo: regula dicit q̄ seruent equalitatẽ valoris incõmutatis. Ad ptz per Aug. xiij. de trini. c. iij. d. Vile velle emere et chare velle vendere reuera vitiũ est. Ad intelligit de re vili: ⁊ chara q̄tum ad vsuz. Nam frequẽtez res que in se nobiliorest inesse nature vsui hoiuz minus vtilis est. ac p hoc minus est p̄ciosa. sicut ptz p Aug. lib. de ciui. dei dicẽtem. Ad melioz est in domo panis: q̄ mus: cũ tñ omne viuũ nobilius est simpliciter ipso non viuo. Sz de hoc dicet plenius sermone. xxxv arti. j. Tertio q̄ p̄ter p̄dicta addit ſm rectã rõnem attẽdentẽ. s. naturã rei in cõparatõe ad humanũ vsum. ppter quem ista pmutatio fit. Talis eq̄litas ſm rectã rõnẽ nõ cõsistit in indiuisibili medio: imo i tali medio qđ respicit ipa iustitia cõmutatiua. Quia magna est latitudo ⁊ intra illã latitudinẽ nõ attingẽdo indiuisibilẽ pũctum equiualẽtie ei ⁊ rei. ⁊ quo ad hoc impossibile esset cõmutãtes attingere in quocũq̄ gradu circa extrema fiat sic vtiq̄ iuste. Que sit autem ista latitudo: ⁊ q̄tũ se extendit: q̄ ideu est in pmutatõibus sicut in emptõibus ⁊ venditionibus: ideo dicet infra sermone. xxxv. arti. j. et. ij. Et etiã plura alia ad pmutationẽ ptinentia ibidẽ ponunt. vltra ea que dicta sunt. Notanter aduertendũ est q̄ cum istis cõtractib9 p̄dictis. s. donationũ: pmutationũ: emptionũ: ⁊ venditionũ: sicut dictũ est. cõueniũt mutua cõmutatio: cõiunctio: ⁊ locatio. ideo q̄tuz ad cõductões de illis supapositis seruãda est in eis iusticia cõsiderãda in his ad vsuz: sicut in illis ad dñium. Iniusticia aũt ex pmutatõe ptz ex tribus causis. Primo ex deceptõe. scõo in voluntario. tertio ex phibitõe supiozis: cui pmutans subest in pmutãdo sicut latius. s. arti. ij. ⁊ c. ij. d donatõib9 dictũ est. Et ex hỹ dici põt iusta pmutatio que fit in alearũ ludis: ⁊ hmõi iuxta illud. ff. de aleatis. l. vlti. Et extra de vi. ⁊ hone. cle. c. clerici officia. Hec Sco. Ceterũ q̄ quaz putabamus longius fuit sermo. si multa que vlterius in pñti materia occurrũt explorare vellemus verendũ ne aut sermo grata breuitate careret: aut larga excellẽsq̄ materies ex festinãtia. debita diligẽtia fraudaret. Hausem9 pinde hodie iam si placet ac tanq̄ aialia munda ruminem9 que hodierno sermõe tota auiditate glutiuim9 atq̄ p̄parem9 vigiles mẽtes nostras ad ea que de hac materia dicẽda sunt: et hoc maxime die crastina ad dirigendũ mercãtes: ⁊ artifices in viam rectã: ne in opib9 ⁊ mercimoniis ampli9 peccare velint hoc miscẽt largiente agno mundo: ⁊ imaculato dño nr̄o ieſu x̄po. Qui cum p̄re ⁊ spũsctõ ⁊c.

Dñica. iiii. in quadragesima ĩmane de mercatoribus ⁊ artificib9 in generali Sermo. xxxiii.

Adolescẽs tibi dico surge ⁊ resedit qui erat mortuus ⁊ dedit illum mr̃i sue Luce vij. ⁊ ieuãg. ho. Videte ꝓcessũ lumis digna/tionisq̃ diuine. adũtite g̃dus. Precessit die hesterno lumẽ fidei ad ea q̃ de mutuo dicta sũt intelligẽdũ. Hodie merito subsequit spiraculuꝫ vite ad resurgẽduꝫ a mortali vsura qđ ꝓficere maxie cõprobat⁹ i hoie añq̃ senescat ꝓfusq̃ terreno⁹ cupido oino obsorbuerit mentẽ in senectute: añq̃ fiat hõ inueteratus dieꝝ malorum hi maxie parẽt dño impanti ac dicẽti. Adolescens tibi dico surge ⁊ resedit scz viu⁹ qui erat mortuus. qz resurgit p alienaꝝ satisfactionẽ ⁊ vite emẽdationẽ q̃ erat añ mortu⁹ p vsurariaꝫ prauitatẽ: iam incipit loqui per veram ꝓfessionem. Porro tria sũt que obsunt ne a culpa maxime vsure homo resurgat scz si fit pseuerãter seu cõsuetudinarie publice ⁊ studiose: ⁊ ħ his tribus p ordinẽ quasi aliud thema in ps. liij. ꝓpħa ait. Nõ defecit: ecce primũ. De plateis eius: ecce secundũ. vsura: ecce tertiũ Est enim vsura ꝓsũmatũ studiũ cupiditatis. Per ꝑmũ fit ne hõ resurgẽ possit. Per scõm ne velit. per tertiũ ne sciat. Per ꝑmũ tal⁹ vsurari⁹ despicit legẽ nature. p scõz legẽ scripture. p tertiũ legem ecclie. Que q̃dẽ leges oẽs militãt ꝓtra vsuraz. Sz q̃ ꝑdicta tria nõ hz facil⁹ scit vult ⁊ põt resurgẽ ab eadẽ. Qđ in resurrectione hui⁹ adolescentis mystice designat. Primo ꝫ pseueran/tiam est adolescẽtiã. Scõ ꝫ publicationez in uerecundã: ꝓfessio pura ⁊ vera quia cepit loq̃. Tertio ꝫ studiũ dat⁹ est mr̃i sue que ẽ ecclesia. Ad hãc g̃ spũalẽ resurrectionez hoies hec tria inducunt. p que phibetur vsura. Primo precepta nature. scõ p̃cepta scripture. tertio precepta ecclesie.

Articul⁹ primus vbi per duodecim rationes ostenditur q̃ vsura est contra legem nature.

Primo q̃dē phibet⁹ vsura p̃ceptis nature qđ ostẽdunt. xij. rõnes per quas aptissime inotescit vsuraz esse ꝫ legem nature. Et ẽ pctũ non tm̃ in se sed etiam ꝫm se Prime aũt q̃tuor rõnes sũt magistri gerardi de senis ordinis heremitaꝝ q̃s recitat abbreuiate Joan. in suis mercurialib⁹ in regula.

Q̃ vsura est contra legem nature: qz facit rem naturalem super valere nature sue ⁊ rem artificialez sue arti. Capl̃m. 1.

Primo eñ vsura est ꝫ legem nature ratione excessus. Facit eñ rẽ naturalem supualere nature: ⁊ rem artificialẽ sue arti supualere. Qđ q̃dẽ est ꝫ legem nature. Ad cuius intelligentiã aduertendũ est q̃ sicut s. ꝫmone xxxvj. arti. ij. c. ij. tactũ est reꝝ illaꝝ i q̃b⁹ vsura cõmitti põt q̃dam sũt naturales q̃dã artificiales. Naturales sũt aurum argẽtum q̃ mutuo dant⁹ ſb certo põdere. Vel mẽsura vt granum oleũ ⁊ vinũ. Artificiales ꝝo sunt ille q̃ ſb certo numero numerãt⁹. Usura igit⁹ in his duob⁹ cõmittit⁹. s. i naturalib⁹ ⁊ artificialib⁹ q̃ fac̃ q̃ res naturales supualeant sue nature ⁊ artificiales sue arti. Primo q̃de cõmittit⁹ vsura i reb⁹ naturalib⁹. Qđ ptz. Quia natura dedit p̃fat⁹ naturalib⁹ quẽdã determiatũ atq̃ taxãduꝫ valorem ꝫm q̃ certitudinaliter cogũsci posset eaꝝ valor Põderalib⁹ q̃dẽ sic̃ eaꝝ vel argẽtũ dedit ꝺs naturã q̃ eaꝝ valor i spẽ sua ex solo põdere pẽsari p̃t: ita q̃ diu ſb eodẽ pondẽ manẽt ſb eodẽ p̃cio perseuerãt. nec in suo valore q̃modolibet minuunt⁹ sicut p̃us dictum ẽ nisi in suo põdere adimant⁹. Et hz q̃ñq̃ augeri vel minui videant⁹: ħ nõ ꝓtingit ex augmẽto vel diminutiõe valoris qđ sit in eis ꝫm tm̃ ꝓpt⁹ augmento seu diminutione valoris aliaꝝ reꝝ in q̃bus cõmutande sunt. Et sicut dicim⁹ de rebus que ꝓsueuerunt põderari: ita suo modo dicendũ est de rebus q̃ ꝓsueuerũt mensurari vt frumẽtũ oleũ ⁊ vinũ ⁊ silia. Habẽt eñ a natura hmõi determinatũ valorẽ in spẽ sua ꝫm quã valor earum

ex sua mensuratiõe pensat. Et ꝟ talit ꝙ ꝯdita manẽt i eadẽ mẽsura manẽt in eodẽ valore nec in eadẽ mẽsura augent vel minuũt nisi ex mõ q̃ de põderalib⁹ dictũ ẽ. Q; aũt dixi de pfatis reb⁹ de q̃buscũq; naturalib⁹ alijs minime dici nõ põt eo ꝙ i sui natura nõ hñt aliq̃d determinatũ ex q̃ posset eaꝝ valor pẽsari ⁊ certitudinalit cognosci: cũ valor eaꝝ nõ pensẽt aliq̃ intrinseco necessario: ꝫ ex diũsis intrinsec causis ⁊ cõtingentibus. Verbi gra. Valor hui⁹ vinee vel agri qñq; pẽsat ex loco qñq; ex tpe qñq; ex cõditionib⁹ psonarũ. qñq; ex alijs circũstãtijs q̃ pñt multiplicit variari iuxt augmẽtũ ⁊ diminutionẽ. Et sic de q̃buscũq; naturalib⁹ reb⁹ q̃ non ponderant nec mẽsurant. Hoc q̃dẽ ideo ꝟtingit: qz ds ⁊ natura nõ determinãt nec taxant talibus reb⁹ valorẽ: ꝫ voluit ipm multiplicit variari ꝑm augmentuz ⁊ diminutionẽ valoris q̃ est in alijs reb⁹ ꝑm diũsas circũstantias extrinsecas ⁊ varie ꝟtingẽtes. Patet g̃ ad ꝓpositũ ex p̃missis ꝙ ꝟtract⁹ vsurari⁹ cõmittit in reb⁹ naturalib⁹: qz facit res naturales q̃ põderãtur supualere sue nature: seu suo valori quẽ a natura hñt determinatũ atq; taxatũ ꝑm certũ pondus: ⁊ ꝑm certã mẽsurã. Nempe ꝙ dictũ ꝟtractũ fenerat vltra pondus ⁊ vltra mẽsurã ipsi⁹ mutuate rei ac ꝙ ꝟsequẽs facit ꝙ dicte res i valorẽ suũ põdus ⁊ suã mẽsuraz trãscẽdũt: qđ q̃dem vt ptz ꝟtra naturã ẽ. cũ de⁹ ꝙ naturã concesserit valorẽ tali mutuate rei iuxt suũ põdus q̃ ponderant: ⁊ iuxta suã mẽsurã q̃ mensurant. Scdo cõmittit vsura in reb⁹ artificialib⁹ q̃ numerant sicut pecunia cui⁹ valor in numero cõpensat. eo ꝙ ars suo mõ denarijs artificialib⁹ adinuẽtis valorẽ pstitit iuxt numeratiõez eoꝝ. Proinde sic ꝟtract⁹ vitiosus ẽ ⁊ ꝟtra naturaz eo ꝙ facit pfatas res naturales trãscẽdere valorẽ suũ quẽ hñt a natura ꝑm certuz põd⁹ atq; mẽsurã: sic etiã in artificialib⁹ sicut in denarijs vitiosus erit eo ꝙ facit eos trãscendere valorẽ quẽ habẽt sibi pstitũ ab ipa arte.

Q; vsura est ꝟtra legẽ nature: qz facit ꝙ res mutuata q̃ non generat fructum faciat lucruz. Cap. II.

Secũdo q̃dẽ vsura est ꝟtra legẽ nature rõne fruct⁹. Facit eñ vsura ꝙ res mutuata q̃ nõ generat fructũ faciat lucrũ qđ etiã est ꝟtra naturaz. In q̃cunq; eñ re hoc q̃dẽ vniũsale est qđ nõ generat lucrũ nisi qđ faciat fructũ animo non videt aliud esse q̃ fructus ipius rei ꝙ fructũ aliq̃d acq̃sitũ. Q; autez vsura faciat rem non generantẽ fructũ generare lucrũ manifeste apparet. Nã sicut ex p̃cedenti. c. patet res mutuales in q̃bus vsura cõmitti solet: hñt a natura vel arte sibi determiatũ valorẽ. ac ꝙ ꝟsequẽs in eo minime excrescẽ pñt. neq; ex hocipso fructũ generare valent. Naturale vtiq; ẽ ꝙ res q̃ generat fructũ sp crescat in valore cum ipo fructu. atq; maioris ẽ valoris cum est sub fructu q̃ qñ permanet sine fructu. Cũ igit vsura res hñtes determiatũ valorem ⁊ ꝙ ꝟsequẽs nõ fructificãtes. facit excrescere i valore: relinquit ꝙ faciat rem nõ generãtẽ fructũ generare lucrũ. Proinde scdz ꝑm. j. pol. c. vj. vsura dr a cathos qđ ẽ ptus: qz cõtra naturã rei. s. mutabilit ⁊ pecunie. Vult vsurarius ꝙ pecunia pariat scz lucrũ vbi nõ generat fructũ. Hoc tñ miraculũ facit vsura: qz p eam aurum nascit ex argẽto vt ponit di. xlvij. c. sicut Ex hac q̃dem rõne ꝑm p̃dictũ gerardũ colligi põt q̃dam ratio quam assignant pleriq; doctores p quã ꝑbare nituntr ꝙ vsura est ꝟtra legẽ nature dicentes. Q; in ꝟtractu vsurario fenerator acq̃rit lucrũ de re nõ sua eo ꝙ exigit lucr̃ de mutuo. Qđ q̃dem mutuuz transit in dñiuz debitoris. qz mutuũ est ꝙ de meo fit tuum. vt ptz. ff. de rebus tre. ⁊ si cer. peta. l. mutuũ ⁊ appellata ẽ. Hec q̃dem ratio lz videat pulcherrima atq; apparẽs: tñ ꝑfato doctori dubia reputat Nam lz ꝓpositio maior verissima sit. minor tñ videt oino falsa in aliqua pte. Cuz eñ dr ꝙ fenerator lucrũ acq̃rit de re nõ sua. dici põt ꝙ hoc falsũ est in minore. qz pecunia quã ipe mutuo tradit q̃uis trãseat in dñiuz debitoris q̃tum ad ydemptitatẽ sube eo ꝙ debitor non tenet restituere eandẽ pecuniaz ꝑm subaz remanet tñ dicta pecunia in dñio fenératoris q̃tuz ad idemptitatẽ siue equalitatẽ valoris: ⁊ ꝫ videt sufficere. Nempe ipe fenerator de pecunia quã mutuat non exigit lucrũ in q̃tum talis est suba ꝑm quẽ modũ ad eũ nõ ptinet nec eam repetere põt: ꝫ exigit lucrũ de ea in q̃tũ tanti valoris est ꝑm quẽ modũ ad eum ptinet: quia remanet in dñio suo: ⁊ sp licite põt repetere eam Cõtra ꝫ tñ ⁊ bñ Joh. an. in mercurialib⁹ in regula. Peccatuz inq̃t ꝫ doctor nõ aduertit q̃ si debitor hret vnũ scriniũ ducatoꝝ non est dare ꝙ creditor sit dñs vni⁹ ex illis. Habet aũt psonalẽ actionẽ ꝟtra debitorem. Hec ille. Qua/ ꝓpter dictus modus dicẽdi ꝑm eũ nihil valet Vel si aliq̃d valere debet ꝫ modo oportet corripe p̃dictam rõnez. Non eq̃dez dici potest ꝙ vsura ꝟtra naturalez legẽ sit: qz vsurari⁹ in ea acq̃rit lucrũ ꝺ eo qđ nõ est suũ. sed qz acquirit lucrũ ꝺ eo qđ nõ est aptũ natũ generare lucr̃ eo qđ nõ generat fructũ. Qui aũt pfata ratiõe vtunt ꝟfirmant illã dicẽtes ꝙ pecunia mutuata cũ suo piculo transit in debitorẽ. Ideo videt iniustũ ꝙ de pluri vltra sortẽ graueť Sed nec cõfirmatio ista valere videt: ⁊ maxie ꝓpt duo. Primo quia sepe cõtingit ꝙ non tñ res

mutuata: sed etiam res cõmodata qñ̃ cꝫ stat ad piculum illi⁹ cui cõmodat: sicut patet de equo accõmodato. Qui q̃dem remanet ad piculum illius cui cõmodat. Idez cꝫ est de pecunia accõmodata ad ostentationẽ q̃ remanet ad piculum illius cui accõmodata est: ⁊ ꝫ nõ obstan/te ꝓceditur q licite exigat lucrũ ꝺ rebus accõmodat. Cõtra ꝫ ⁊ bñ Joh. an ibi s. ait. Hoc etiã non bñ aduꝛtit: qꝛ ꝑ cõmodato q sui natura oꝑtet esse gratuituꝫ recipi nõ merces tunc eñ locatio eẽt vt patet ex̃ de vsuris ꝙquestus in glo. vltra medium. Scꝺo qꝛ dici posset q ille qui pecuniaꝫ mutuo suscipit de ea põt licite grauari cꝫtum ad duo. ꝓmo cꝫtum ad piculũ. Secũdo cꝫtum ad reddendũ lucrũ: ⁊ ꝓpter hoc aliam ⁊ aliam causã vtputa grauabiꝫ de piculo in cꝫtũ efficiꝫ ꝙseruatoꝛ pecunie ad suuꝫ ꝓfectum. Grauabiꝫ etiã de lucro in cꝫtum mutuans ab eo exigere põt beneficiũ ꝑ seruitio sibi impenso in diuersis grauaminib⁹ nec tamen ꝫ erit contra iusticie eq̃tatez. Attamẽ Joh. an. vbi s. ait. Videre meo inseparabilia sepat et facẽ quod sequitur.

Q vsura ẽ ꝓtra legem nature quia vsus q̃ vẽdit in vsura nõ differt i valoꝛe ab ipa re mutata. Cap. III.

Tertio est vsura ꝓtra legem nature ratione vsus qui scz i valoꝛe nõ differt ab ipsa re mutata. Quia vsura facit q illa q̃ hñt eundẽ valoꝛẽ vnuꝫ eoꝝ ꝑ alterꝫ i valoꝛe excrescat qꝺ est ꝓtra naturam. Patet eñ q qñ aliqua duo sic se hñt q vnũ ꝑ alterũ in valoꝛe se excrescit necesse est qꝺlibet illoꝝ habere distinctũ suũ valoꝛem. Qꝺ q̃dem ex duob⁹ patẽ potest. Primo qꝛ vnũ eoꝝuꝫ sine altero ꝓcedi seu alienari non potest. Secũdo quia vnũ eorum sine altero cõsumi non valet: imo eadẽ alienatione alienant: ⁊ eadem cõsumptione consumunt. sicut patet discurrendo ꝑ singlas res mutuabiles ⁊ earum vsus. Hoc q̃dem dici nõ potest de alijs locabilibus rebus i q̃bus vsus rei: ⁊ res ipe res distinctũ valoꝛem ꝼm suã naturã habent: ꝓpter qꝺ alienari potest vnũ eorum altero nõ alienato: sicut patet in domo vel equo: ⁊ ꝙsimilib⁹ rebus. Quia ergo vsura facit q res mutuata excrescit in valoꝛe ꝑ vsum cuꝫ tamẽ habeat oino eundez valoꝛẽ cum suo vsu: relinquiꝫ de facili habẽtia eundẽ valoꝛẽ vnũ excrescere in valoꝛe ꝑ alterũ qꝺ cõtra naturaꝫ est. Alij autẽ dicunt q ideo vsura est cõtra naturã qꝛ vendiꝫ sepatim ab ipsa re vsus mutuate rei: qui tamẽ non differt a rei vtilis cõsumptione vel alienatiõe: quia sic est inseparabilis a suba rei qꝺ idem est dare vel vendere eaꝝ vsũ ⁊ ecõuerso. Sed vsus pecunie vel nũmoꝝ in/q̃tum talium ⁊ vsus bladi vel olei: ⁊ ꝙsimiliũ que cõsistunt in numero põdere vel mensura ẽ idez q eoꝝ alienatio vel ꝙsumptio. Ergo idẽ est hmõi res dare vel vendere q dare vel vendere earum vsum ⁊ ecõuerso. Hec tamen ratio videre meo quo ad aliq̃d videt falsa. Vera est eñ cum dicit q vsus mutuate rei inseparabilis ẽ ab ipa re: quia habet eundez valoꝛem cum ea. Nec põt cõcedi vel cõsumi seu alienari sine ea sicut in ꝑcedenti rõne ostensũ est. Sed quo ad aliq̃d videtur falsa cum dicit q in ꝓtractu vsurario vendat vsus sepatim ab ipa re. Nam eo ipo q habent eundẽ valoꝛẽ ⁊ inseparabilem nõ potest vnũ sine altero alienari seu ꝓcedi. Qua ꝓpter dicendũ nõ est q in ꝓtractu vsurario vsus alienat sine ipa re: sed q ꝓtractus vsurarius facit q vsus addit ad valoꝛẽ mutuate rei. cum tñ nõ habeat ab ea distinctũ valoꝛẽ sicut ꝑcedens ratio demonstrat.

Q vsura contra legem nature est q̃a facit q res mutuata ad aliquod finale ꝑ abusum trahatur. ad qꝺ nec ꝓncipaliter nec cõmuniꝫ ẽ oꝛdinata Capitulum. IIII.

Quarto insup est vsura cõtra legem nature rõne finalis effect⁹ scz ad quẽ trahit contra ipam nature legez. Facit eñ vsura q res mutuata ad aliqꝺ finale ꝑ abusuꝫ trahatur ad qꝺ nec ꝓncipaliter nec cõmuniter est oꝛdinata qꝺ est contra naturã. Ad cuius intelligentiam est notanduꝫ q res que ab aliquo est possessa absq̃ aliquo vitio oꝛdinari potest ad aliquẽ vsum duplicem. Primo ad ꝓpꝛium et ꝓncipalem q̃ ipi competit possidenti ꝓpter necessitatem vel vtilitatẽ. Scꝺo ad aliũ secũdarium vsum sicut de calciamẽto poni posset exemplũ. qꝺ q̃dem ꝼm suã formaꝫ ꝓmo oꝛdinat tanq̃ in ꝓpꝛiuꝫ finem in ipam calciationẽ. Secũdo oꝛdinat tanq̃ in secundariã finem in cõmutationẽ alicuius rei que ipsi possidenti con gruẽtioꝛ est cꝫ ipm calciamentũ vel ꝓpter subleuandam eius necessitatem: aut subleuãdam eius honestatẽ. Ad quecunq̃ igitur dictoꝝuꝫ vsuũ seu finiũ oꝛdinetur: ipsum calciamentum fit sine vitio ⁊ abusu. Sed si q̃s ꝓpter maliciã seu cupiditatem ipm oꝛdinaret in aliquẽ aliuꝫ vsum vtpote quia cum eo cape vellet animal alienum vt furaret illud: tũc eo abuteretur et ageret viriose. Sic in ꝓposito in cõtractu vsurario res in q̃bus cõmittitur vsura nec oꝛdinatur in suum ꝓncipalem vsum qui eis debet ꝼm ꝓpꝛiam formam. nec etiaꝫ in aliquem secũdarium vsum q̃ debent eis ꝓpter subleuãdã ipsius possidentis necessitatẽ. Vel ꝓpter cõseruãdam eius debitam honestatẽ imo detrahũtur

in quendam alium vsum qui ꝓprie est abusus cū originem habeat ex cupidine ⁊ malicia possidentis. Et q ita sit patet si discurram⁹ p singula genera rerum in q̄bus cōmitti consueuit vsura scz cōsiderando p̄mo illa que mensurantur. secūdo ea que ponderāt. tertio ea que numerant. Primo q̄dem ꝓsideremus hoc i reb⁹ que ꝓsueuerūt mensurari sicut frumentū vinū ⁊ oleum quodlibet eōrū licite ordinari pōt i duplicem vsum scz in eū qui ei cōpetit ꝓpter subleuandā eius necessitatē vel eius ꝓseruandam honestatē scz ipius possidētis. Verbi gr̄a. Vinū ordinat tanq̄ in p̄rium ⁊ p̄ncipalē finem scz in potū: q⁹ talis vsus cōpetit ei ꝑm naturā. Potest etiā ordinari in cōmutationē alterius rei que magis necessaria ē q̄ est illud vinū vel ꝓpter subleuandā eius necessitatē vel ꝓp̄t cōseruandā eius honestatez. Si quis igit ordiat vinū in aliuz vsum ꝓpter suā malicia seu cupiditatem: eo ipso abutit ⁊ ꝓtra naturaz vini agit. Sed hoc vsurari⁹ facit: quia ad mutuū ordiat vinū vt de illo recipiat vltra sortem q̄ quidez vsus vino accidit ꝓpter vsurarij cupiditatē ⁊ ideo est abusus Secūdo idem dicendū ē de rebus que solent pōderari sicut aurū ⁊ argentum q̄bus homo vti pōt ad ꝓstruēdū vasa ad ipsius domus decorem vel ad ecclesie ornamētum. Et hic videt eor̄ p̄mus vsus. pōt quoq; quolibet eor̄ vti ad cōmutanduz in alias res que necessarie sunt ad vitam: ⁊ h̄ est eor̄ secūdus vsus q̄ ē licitus ⁊ honest⁹. Sed si quis dictis metallis vtit ad mutuū dandū vt p eis recipiat vltra sortem sicut facit vsurari⁹ oino abutitur eis. Tertio q̄ ad idem dici pōt de rebus q̄ numerari solent sicut sunt denarij. Pōt eī quis vti denarijs ad cōmutanduz in alias res que sunt necessarie humane vite: ⁊ h̄ videtur ꝓprius eor̄ vsus. quia ꝓpter tales cōmutationes inuenti sunt. Potest etiaz illis vti ad cōmutatiōes faciēdas in denarios alios q̄ magis cōgruunt regioni in qua est vel ad quā ire intendit. Et hic videt eorum secūdus vsus. qui sicut ℣. patebit ℣mone. xxxix. arti. iij. c. ℣. et. ij. cōuenienter p̄missus est. potest eī in eo eq̄tas iusticie cōseruari. Sz si quis denarijs vtit ad mutuū cum ista intentiōe scz q̄ de eis vel ꝓ eis recipiat vltra sortem sicut vsurarius facit. abutit ipsis: quia facit q̄ denarij pariāt denarios. Quod q̄dez non competit eis nec in hoc cōsistit eorum vsus: ⁊ hec videt extitisse intentio Aristotel. ℣. pol. vj. vbi vocat vsuram sicut s̄. patuit quasi de denarior̄ ptum. ꝓp̄t quod dicit eam maxime p̄ter naturā. q̄ ideo est quia nec a natura nec etiaz ab arte denarijs competit talis vsus et talis ptus. Sed ꝓpria homis cupiditas ⁊ malicia adinuenit vtēs eis ad q̄ non sunt ordinati ꝓtra illud quod habet. xxij q. ij. is autē. Et iteruz in clemen. de religi. do. quia cōtingit. Ideo ℣m p̄m ibi s̄. pecunia inuenta est vt p eam cōmutatio fiat inter emētez ⁊ vendentem ꝓpter necessaria vite: ⁊ nō vt pecunia augeat pecuniā. ideo qui intendit pecunie augmentū vt facit vsurarius cōtra naturā peccat. Potest etiā ℣m p̄m duplex pecunia a nobis distingui. Prima dicit yconomica et necessaria. scōa dicit translatiua ⁊ impia. Prima est yconomica ⁊ necessaria que ex terre fructibus ⁊ animalib⁹ ꝓcuratur. hac vtit yconomic⁹ ꝓpter necessaria vite ⁊ q̄dem laudabilis est: q⁹ debituz habet finē. In hac pecunia yconomic⁹ finē ponit desiderio suo: q⁹ eam nō cōcupiscit nisi p necessarijs vite. nec in infinituz apetit eam: q⁹ ea q̄ sunt ad finem apetunt finite. Secūda p̄o pecunia est trāslatiua et impia q̄ vt dictū est attēdit pecunie ptū ⁊ merito cōdemnat: eo q̄ apetat pecuniā in infinitū. Ea p̄o que sunt ad finem apetunt finite. Sz finis apetitur in infinitū vnde ⁊ sanitas: sed non potio in infinitum desiderat. quia potio non desiderat nisi in q̄ntuz est vtilis sanitati. Proinde p̄s ait. q̄ hec pecunia iuste vitupat: q⁹ nō ē ℣m naturā ⁊ rōnabilissime odio habet et nō ē ad debitū finē cū pecunia inuēta sit ꝓp̄t necessaria vite: sed trāslatiua est vti q̄ ad illū finem quem intendit auaricia insatiabilis ⁊ cupido. Hinc ē q̄ p̄s ibi s̄. ait q̄ oboleſtita est odiosa q⁹ ex nūmismate oboles statuit. Dicitur etiaz oboleſtita q̄n obol⁹. i. puū pōdus p alio ciusdem generis dat ad augmentū ipi⁹. Hec q̄dem oīa q̄ p̄s dicit declarat q⁹ nō ex alio instinctu sentire videt nisi ex rōne naturalis eq̄tatis i ipa cōmutatione ℣uande.

Vsura est contra legē nature: q⁹ facit q̄ pecunia plus vendat q̄ appreciabilis sit. Capitulū. V.

Quinto insup vsura est cōtra legem nature rōne apreciatiōis. Constat enim q̄ pecunia in q̄ntum est p̄cium venaliū rerum nullus vēdit vel cambit nisi iuxta p̄cū quod illa habet. Vtpote nullus vendit cētum ducatos nouos p centū ducatis nouis. Insuper cum quis soluit alicui centuz ducatos ex illo q̄dem solutiōis actu nihil debetur soluenti. ergo q̄ rōne in actu vendendi ac soluendi plus seipsa non valet. eadem rōne nec in actu mutuandi: ⁊ maxie cum vsuraria mutuatio q̄si sit q̄dam venditio ei⁹. Sume g̃ q⁹ hoz duoz voluerit aut q⁹ mutuatio sit simplex donatio sic tamen qō p̄fixo tp̄e reddet eq̄lēs cius: aut q⁹ sit venditio ⁊ neutro mō habebis q̄n sit aperte iniustū ex ea accipe pluſq̄ ipam.

Usura est ꝓtra legem nature: qꝛ facit ꝙ de dubia re ⁊ incerta sumatur securum ⁊ certum. Capl'm. VI.

Dicto insup usura est contra legem nature rone dubitatiois. De lucro ꝺdez dubio atꝙ incerto ⁊ varie contingēte cum futuro piculo cuiuscūꝙ pditionis exige/re certum lucrum sine omni piculo cuiuscunꝙ pditionis vel damni aperte iniuste ⁊ contra legem nature est pser tim quādo lucrum illō p se nō puenit ex re tradita p lucro illo. sed hoc fuit in usurario ꝓtractu. Unde usura vocat lucrū vltra sortē. xiiij. q. iij. c. pleriꝙ: qꝛ est vltra capitale ⁊ vltra dubiā ⁊ fortuitam sortem mercatorij lucri.

Q usura est contra legem nature quia vendit ꝑ primo id quod proprie suum est: ⁊ ꝙ gratis ei natura dedit. Capl'm. VII.

Septimo ē ꝫ lege nature rone aꝑpropriationis. Qđ em gratis natura ꝑ prius illi dedit ꝺ mutuat mutuās sibi vēdit. Vēdit em illi ꝑ priā eius industriā ac ꝑ prios ei⁹ actꝰ. Qđ ꝺdem iniustū est ⁊ ꝫ naturā naturalis aꝑproprationis ꝺ dedit viro industri ꝙ ꝑ pria industria illi ꝑ sit. Cōstat em ꝙ pecunia inꝺctuz est ꝑciū venaliū rerum nullū ꝓfert lucrū nisi p industriam illius mercātis seu illa vtētis. Hāc vo nō recipit homo cum pecunia ab eo ꝺ cum mutuō ꝑbet. sed vēdere vtilitatē ꝑ uenientem ex pecunia p solam mercatiuā industriā ei⁹ cui mutuata est: nihil aliud ē ꝙ vēdere sibi ꝑ priā industriam ⁊ actus suos qđ est ꝓtra naturam. Et hanc rōnem tangit Sco in. iiij. di. xvij. q. ij. ⁊ addit ꝙ est rō ꝗre p oꝓsitū fructꝰ pigne-rum germinantiū computanꝫ in sortē scz quia non sunt ex industria recipiētis: sed ex natura germinantiū rerum.

Usura ē cōtra legē nature: qꝛ est inuito dño accipe ⁊ ꝓtrectare rem alienam inuito dño Capl'm. VIII.

Octauo ē ꝫ legez nature rone dñatiōis Est em usura ꝓtractio rei aliene manētis aliene ⁊ hoc inuito dño vt ꝑbetur volūtas absoluta nō ꝓditionata seu compata. Debitor em simpliciter nolet aliꝺ dare vltra sortē. magis tñ vult aliꝺ vltra sortem dare ꝙ pecunia illa carere. Sicut em sciēter cognoscē alienā vxorē manētē alienā est malū in se ⁊ ex se: sic ex mutuo accipe rem alienā manentē alienam: ⁊ eam ꝓtrectare vt suā ꝓtra ius naturale ē: qꝛ rapinā facit. vt patet. xiiij. q. iij. c. si ꝗs vbi Ambro. ait. Si ꝗs usuram accipit rapinā facit. Iniquū ergo est ꝙ ille qui non est dominus rei lucrū recipiat sciēter de re aliena. Et hec ratio Alexan. de halis ⁊ Sco. in. iiij. atꝙ Rich. de me. vil. qui tenent ꝙ id qđ accipitur vltra sortem ex vi mutui nō trāseat i dominiū creditoris recipiētis. Quaz etiam opinionem Bonauē. ⁊ Sco. in. iiij. di. Hugo et Raymū. in titu. de decimis tenent ꝓdicta tū rō nihil valet apud illos qui tenent ꝙ dominiuz usure in usurarium transit.

Usura est contra legem nature: qꝛ ꝓ equali plus exigitur ꝙ equale Capitulum. IX.

Nono est ꝓtra legem nature rone eqtatis Eqtas quipe nature dictat ꝙ ꝓ equali nō exigat amplius eqle aut qđcūꝙ equalens. sed p usurā plus exigit: qꝛ ꝓstat ꝙ nulla res valet plus seipa: cum sibi in augmētatione ⁊ diminutiōe sit oino eqlis: ergo ex ꝺ ꝓ sextario tritici tanti ꝑ cij reddit mihi sextarius eqlis ꝑ cij ⁊ mensure: non pōt exigi absꝙ aptā eqtatis ⁊ eqlitatis lesura. Et idem est de oib⁹ in ꝺbus mēsura ꝑ cij ⁊ aꝑpreciationis ꝑ fixa est. qđ regulariter ꝓtingit in rebus in ꝺbus usura cōmitti solet. que sicut ex dictis patet ꝓ sistunt in numero pōdere ⁊ mēsura.

Cōtra legē nature ē usura: qꝛ ꝺ potēs ē mutuū dare gratis homini indigēti: non vult dare sicut obligat nisi sub spe mercedis. Capl'm. X.

Decimo est ꝓtra legem nature rone vnitatis. Scōz em Sco. in suo tractatu ō cōtractibus ⁊ usuris si ꝗs habeat pecuniā ꝑ aliquo tpe inutilē sibi si ꝓximus indigens est ⁊ mutuo petit illā si nō mutuat ei illaz et sine oi spe usurarij lucri moztaliter peccat: qꝛ ꝓtra ꝑceptū nature facit. Sicut em naturaliter in corpe hūano patere pōt stomachus de alimēto nō suscipit ꝑ ter illud qđ ē sibi necessariū: reliquā vo cōicat alijs membris. Sic cum oēs sum⁹ vnū corp⁹ in xpo ihu christian⁹ hns pecuniaz sibi inutilē tenet illam de necessitate ꝓximo cōicare ꝺ pōt sibi facē aliquā vtilitatē. Et ex h colligit ꝙ usura ē cōtra legem nature. Eꝺdem ꝫ naturaz ptiū naturalis corporis est ꝙ vn⁹ cōicet alteri cū spe alicui⁹ retributionis vltra sortē cū dicat aplus ad Roma. xij. multi vnū corpus sum⁹ in xpo ihu. Hec ille. Ex his patet ꝙ maxie in h casu intelligit esse ꝑceptuz dñm xpi dicēs Luc. vj. Mutuū date nihil inde sperātes. Unde multū in ꝓfessionibus grauāde sūt ꝓscie quoꝛūdā cupidoꝛ ⁊ auarorum moztuos detinētiū denarios in capsa aut sub terra absconditiū eos. Contra ꝗs Amb. xlvij. di. c. sicut hi ait. Miseroꝛ redemptio et absolutio est pecunia quaz tu in terra defodis

id ē fodiēdo abscōdis Sz de hꝫ ꝑmone.xxxvij arti.ij.p totū latius dictū est.

Vsura contra legem nature ē quia per eaz liberalitas ꝛ gratia venū datꝫ Capitulus.xi.

Vndecimo est cōtra legem nature rōne liberalitat. Est em̄ vsura libalitatis ꝛ gre venditiua.cū em̄ mutuū dare sit ex spē sua gre atq; libalitat op⁹. sic̄ et simplex donatio: ꝓstat q; i vsura mutui gra venūdat ꝛ p vēden di frequētā vsū ꝛ officiū atq; negociū vtiq; p uertit in abusū: ꝛ sic nature liberalitatis ꝛ gre aduersat. Quito g̃ vēditio gre magis ꝓtraria ē magisq; gre ꝛ libalitatis ꝓtēptiua: tanto dedi care se illi maiorē ac duriorē obicē liberalitat ꝛ gre imꝑmit in abutētis affectu et vita. Hinc g̃ originē hz q; tm̄ irreuocabilit ꝛ impenitēter obdurant corda dedicantiuz se vsuris. Sicut pleni⁹ patebit.j.ꝑmōe.xlv.ar.iij.c.ij.

Qz vsura est contra legem nature qz ꝓtra ꝑceptū ē fraternalis dilectionis: p qđ quilibet obligat subuenire ꝓximo indigenti. Cap.xii.

Duodecimo ꝛ vltimo est ꝓtra legem nature rōne fraterne charitatis. Ex lege em̄ nature q̄libet obligatur indigenti ꝓximo subuenire quēadmodū vellet sibi subuenire.ac tanto amplius ꝓuidere illi tenetur: quāto ꝓxim⁹ indigētior ē. Ideo g̃ue pctm̄ ē si velit sibi vēdere qđ ei obligat libralit erogare.ꝫ vsurari⁹ nedū nō subuenit ꝓximo indigē ti q̄nimo ꝓximū iam penuria ꝛ pauptate op ꝓessum p vsuram g̃uiori pōdere ꝑmit. Unde merito Exo.xxij. vsura oꝓressio ꝓximi nūcupat. Ideo dr ibidē si pecuniam mutuā deder populo meo paupi qui habitat tecū nō vrgebis eū q̄si exactor nec vsur oꝓrimes. A ꝓphe ta q̄s dicit de messya. Ex vsuris et iniq̄tate redimet aias eoz scz tanq̄ ab oꝓressionibus im pijs ꝛ iniustis. Constat em̄ q; impia oꝓressio paupis legis nature vndiq; aduersat: cū etiā solum eius necessitati nō subuenire sit ꝓtra or dinem naturalis legis et fraterne dilectionis. Hinc.j.Joh.iij.dr. q̄frēm suū viderit necessi tatē patētem ꝛ clauserit viscera sua ab eo quō charitas dei manet in eo?

Articul⁹.ii. q; vsura ꝑceptis sacre scripture ꝓhibita est ꝛ qdam soluūt opiniones q̄ a iudeis fieri solent

Secundo ꝓhibetur vsura sacre scriptu re ꝑceptis. Et circa hunc articulū tria ad ꝑsens ꝓsiderem⁹. Primo ꝓhibitio nem.scdo oꝓsitionē.tertio solutionem seu de clarationē.

Qz i multis scripture locis tam ve teris q̄ noui testamenti ꝓhibet vsu ra. Caplm.i.

Primo ꝓsideremus vsure ꝓhibitionē Primo ꝓhibetur in veteri testamēto. Unde Ezeh.xviij. cōnumerat vsura inē hor renda ꝛ detestanda scelera ex na morte i futuro punīēda Ubi ꝓmo multis scelerib⁹ g̃uibus nu meratis subiūgit ibi ad vsurā non accōmoda uerit ꝛ amplius nō accepit. Hemū etiam sub inferet. Si vir iustus genuerit latronē ꝛ ad vsu ram dantem ꝛ amplius nō accipientē q̄ homi cidam ꝛ adulterantē ꝛ idolatrā: nunq̄d viuet nō viuet. Cum vniuersa detestāda fecerit mor te morietꝫ ꝛ sāguis eius in ipo erit. Propheta quoq; ait in ps.liij. Vidi iniquitatē ꝛ ꝓtradi ctionem in ciuitate ꝛ labor i medio eius ꝛ intu sticia ꝛ non defecit de plateis eius vsura ꝛ do lus. Et itez in ps. Domine q̄s habitabit in ta bernaculo tuo: aut q̄s req̄escet in monte sancto tuo? Et subdit. qui pecuniā suam nō dedit ad vsuram. Et iterū Prouerb.xxviij. Qui ꝓgre gat diuitias de vsuris ꝛ fenore liberali in pau peres.id ē. viro misericordi cōgregat eas. Ite rum Leuit.xxv. habet: non accipias a fratre tuo vsuras: nec amplius q̄ dediſti. Et paulo post pecuniā tuam non dabis ei ad vsuram: ꝛ frugū supabūdanttā non exiges. Ūñ Neemie v. Increpaui mgr̃at⁹ et optimates et dixi eis vsuras ne exigatis a fratrib⁹ vestris. Et seq̄t. centesimā pecuniā frumenti vini et olei quam exigere soletis ab eis date illis. Scdo ꝓhibet Inouo testamēto. Unde Lu.vj. vnico verbo oēm vsuram domin⁹ ꝓhibuit dicēs Mutuū date nihil inde sperātes. Qđ patuit latius ser mone.xxxvij. p totum.

Qz iudei opponūt vsurā non esse ꝓhibitam eis in lege nisi solū illam acci pere a fratrib⁹ suis Cap.ii.

Secundo ꝓsideremus oꝓsitōes Ad q̄ busdam em̄ ꝓtra oꝓonitur ꝛ maxime a iudeis dicentib⁹ q; accipere vsuram non ꝓhibetur in lege nisi solum a fratrib⁹ suis id ē.a iudeis: imo de alijs ꝓcedit. Ūñ Deut. xxiij.dr. Non fenerabis fratri tuo ad vsurā sed alieno. Ad qđ ꝛbum hz in sequēti.c. respō suri simus tm̄ s.ꝑmone.xxxvj.arti.iij.c.viij. sa tis inde dictum fuit.

Quintuplici ratione predicta oꝓ positio opi. io iudeorum soluitur. Capitulum.iii.

Tertio ꝓsideremus solutionez illius ꝛbi Deut.xxiij. supradicti. Quinq; enim rōnibus solui potest oꝓsitio p̄dicta. Prima

est qꝛ i plurib⁹ auctoꝛitatib⁹ supꝛatact⁹ in .ſ.c. pñtis ar. absq; aliq̄ determiatiõe ꝛ absolute impbant vsure siẽ ptz in vbis Ezech. põ. ꝛ salomonis ꝛ alioꝝ. Scõa ẽ quia aut p se sunt male aut nõ. Primo vo si p se sunt male tũc semp et vbiq; sunt male. Secũdo si non sunt p se male tñ qñq; mutuũ recipiẽti aliq̄ modo vtiles esse pñt. tũc phibeꝯ sola vtilitas fris. ꝛ maxie cuꝝ pauci repiantꝯ faciles ad mutuãdum absq; spe cõmodi tpalis. Tertia rõ qꝛ naturalis primitas ꝛ fraternitas ad boies oẽs ẽ: ꝛ h̄ multiplici ex respectu. Primo ex respectu cõis rõnis. Scõo respectu diuine imaginis. tertio respectu vnice spẽi hois vel hoi. q̄rto respectu ppagationis ex eodẽ pmo parẽte adã. q̄nto respectu euangelij christi luce in parabola samaritani. Quarta rõ est. qꝛ aut ꝯctus vsurariꝰ ꝯtinet in se absolute iniquitatẽ aut equitatẽ. Si iniq̄ta/tẽ: g̃ p se ꝛ vbiq; apud oẽs est malus. Si eq̄tatem: g̃ nõ deberet phiberi a fratre. Quinta rõ qꝛ h̄ pceptũ ẽ cerimoniale. Cerimoniale eq̄dẽ ẽ q̄cq̄d i se nihil hꝫ boni seu vtilis vel dãnosi ꝑ solũ hꝫ aliq̄d ad sĩlitudinez sig̃tionẽ vel ad determinatiõez ꝛ obꝟuationẽ aliquoꝝ moraliũ: Cõstat aũt q; i mutuo vsurario et nõ vsurario est inuenire q; se bonũ vel malũ.

Articul⁹ .iii. in quo ostendit q; tota sancta eccl'ia detestat vsuram.

Tertio phibetur vsura pcept⁹ eccl'esie. Habet eñ eccl'esia catholica tres pꝛohibitiones q̄bus pl'sequitur crimina et peccata ꝛ maxime vsurariã pꝛauitatẽ. Pꝛima ẽ decretoꝝ. scõa doctoꝝ. tertia legum. Et oẽs suo mõ pl'sequunt vsuram.

Qõ decreta vsuram impugnant. Capitulum .i.

Primã autẽ phibitionẽ frequentat eccl'esia cõtra vsuram: ꝛ h̄ est auctoꝛitas decretoꝝ scz sanctoꝝ cõcilioꝝ ꝛ summoꝝ põtificũ. Vñ. xliij. q. iiij. c. nec hoc. Leo papa ait Nec h̄ q̄ ꝑmittẽdũ duxim⁹ eẽ q̄sdam lucri turpis cupiditate captos qui vsurariã exercẽt pecuniã. ꝛ a fenoꝛe volũt ditescere. Qõ nos vt non dicam⁹ in eos q̄ sunt in clericali oꝛdie constituti: ꝑ etiã in laicos cedere q̄ xp̃ianos se dici cupiũt ꝯdolem⁹: q; vendicari acri⁹ in eos qui fuerũt ꝯfutati. i. ꝯiuncti decernim⁹ vt eis peccãdi opoꝛtunitas adimaꝯ. Et iterum extra de vsur. c. qꝛ i oĩb⁹ Alex. iij. ait. Quia i oĩb⁹ fere locis ita crimen vsuraꝝ inualuit vt multi aliꝭ negocijs ꝑtermissis q̄si licite vsuras exerceant ꝛ qualiter vtriusq; testamẽti pagina cõdẽnẽt nequaq̄ attendũt. ideo ꝯstituim⁹ vt vsurarij manifesti. nec ad cõiones admittãt altaris nec xp̃ianã si in h̄ pctõ discesserint accipiant sepultur⁹. nec oblationes accipiat quisq; ꝛc. vt ibi. Et itez in .c. sup eo. idẽ ait. Cũ vsurarũ crimẽ vtriusq; testamẽti pagina detestet sup hoc dispensatiõnẽ aliquaz posse fieri non videm⁹: qꝛ cũ scꝑtura sacra phibeat p alteri⁹ vita mentiri multo magis phibẽdus ẽ quis: ne etiam p redimẽda vita captiui vsurario crimĩe inuoluatur. et .c. cõsuluit. Urbanus. iij. ait. Querenti an in iudicio alioꝝ ille censendus sit vsurariꝰ q̄ ex ꝓposito amplius accipiẽdi absq; tñ cõuentione mutuat aut q̄ ꝓp̃ datam dilationẽ solutionis ampli⁹ vendit merces suas. Rñdet ille. Quicq̄d in his casib⁹ tenendũ sit ex euangelio luce manifeste cog̃scit in q̄ dꝛ. Mutuum date nihil inde sperantes. Et ideo ad talit⁹ recepta restituenda in animaꝝ iudicio sunt efficaciter inducendi.

Q; eccl'ie doctoꝛes tam noui q̄ anti qui impugnant vsurã. Cap. ii.

Secundã phibitionez vsure frequẽtat eccl'esia ꝑ doctoꝛes etiã in decretis ponunt. Unde. xliij. q. iij. si feneraueris. Aug⁹ ait. Si feneraueris hominẽ. id ẽ. si mutuum dederis alicui pecuniã tuam a quo plus q̄ dedisti expectes accipe: nõ pecuniã solum: ꝑ aliud aliquid plus q̄ dedisti expectes accipere feneratoꝛes: ꝛ i hoc improbãdus nõ laudãdus. Et in .c. putat. Hiero. ait. Putant q̄dam vsuras tñ esse in pecunia. qõ puidens diuina scꝑtura oĩs rei aufert abundantiã vt plus q̄ dedisti non recipias. Itẽ alij ꝑ pecunia fenerata solẽt munuscula diuersi generis accipe: ꝛ non intelligũt scꝑturã vsurã apellare supabũdantiã. Et q̄cq̄d illud est si ab eo qõ dederint: pl⁹ accepint Et in .c. pleriq; Ambro. ait. Pleriq; refugiẽtes p̃cepta legi cũ dederint pecuniã negociatoꝛib⁹ nõ in pecunia vsuras exigũt: ꝑ de mercib⁹ eoꝝ tanq̄ vsurarũ emolumẽta accipiunt. Ideo audiãt q̄d lex dicat. Neq; inq̄t vsuram escaꝝ accipies: neq; oluz rerũ. Et iterum xliij. q. iij. c. q̄d dicã. Aug⁹ ad macedontĩ ait Quid dicã de vsuris q̄s ad leges ꝛ iudices redi iubent: an crudelioꝛ est q̄ subtrahit aliquid vel eripit diuiti q̄ q̄ trucidat paupem fenoꝛe: Et in .c. si q̄s Amb. ait. Si q̄s vsurã accipit rapinã facit: vita nõ viuit. Et. xliij. q. v. c. nolite Aug⁹ de vbis domini ait. Nolite elemosynaz facere de vsuris ꝛ fenoꝛe.

Q; leges imperiales non appꝛobãt vsuras eo modo quo q̄dam putant ꝛ q̄ ratiõe lex ciuilis vsurarios punire non curat. Cap. iii.

Tertiã phibitionẽ quodãmodo hꝫ eccl'esia ꝯ vsurã saltẽ nõ dande vsure vt q̄dam putant fauoꝛẽ videlz impiales

leges. Ad intelligentiã tamẽ in hoc. c. dicendo rũ ꝗttuor notãda sũt. ℙrimo notãduz ẽ ꝙ oĩa iura in lege naturali fundata reperiunt ab ipa lege nature quodlibet ius sumit officiũ suum. ℙrimo eñ ipius legis nature officiuz est phibere oĩa vitia ⁊ peccata p solã eor cognitionẽ ⁊ detestatiõez: qz docet via cogſcẽ ⁊ ad illa detestãda inclinat. Scõo aũt ius diuinũ officiuz hz a lege nature. Tertio ius canonicum a lege narure officiũ hz dirigere in cõe bonum: ſm ꝙ cõgruit societati hũane: que non solũ ciuiliter ſ etiã regulariter viuat ſm fidem in deũ tẽdẽdo: ⁊ vitã aliã expectãdo. Nã cuz ius canonicũ ꝗdam sit explicatio diuini iuris: necesse ẽ ꝙ idẽ termin⁹ ab eisdẽ finalit intendat. tale ꝗdez cõe bonũ ſ mõ acceptũ nõ põt nutriri ꝯſeruari ⁊ pmoueri nisi p quandã celestem amicitiã quã charitatẽ vocam⁹ sine ꝗ impossibile ẽ tendere quẽq̃ in vltimũ finẽ scz deũ. Quarto insuper ius ciuile officiuz habet a lege nature dirigere in cõe bonũ ſm ꝙ ꝯgruit hũane societati ciuilit viuenti: ſm quẽ modũ cõe bonũ hz nutriri ꝯſeruari ⁊ pmoueri p legalẽ iustictã: ⁊ p ciuilẽ amicitiã: ⁊ ſ solũ officiũ sufficit ei. Scõo notandũ est ſm magistrũ Gerardũ de senis ordinis heremitarũ quẽ recitat Jo. an. in mer. in regula pctñ. qõd malũ duab⁹ de causis pmitti põt ℙrimo ppt bonũ qõd inde orit. scõo ppt maius malũ qõd inde vitat. Ut aũt mai⁹ malũ vitet trib⁹ modis pmittit malũ. ℙrimo vt vitetur malũ spũale in aĩa qõd est maius p maluz corpale in corpe qõd est min⁹. Scõo vt vitetur vnũ malũ spũale qõd est maius p min⁹ malum spũale sicut sepe pmittit min⁹ pctñ vt scz vitetur mai⁹. Tertio vt vitet vnum maluz corporale mai⁹ p aliud corpale qõd est min⁹. Et ꝺ his no. ne cle. vel mo. c. iij. in glo. Tertio notandum est ꝙ triplex cõcessio iuris distingui põt ſm dictũ mgr̃m Gerarduz de senis ibi ſ. ℙrima est ꝯcessio remouens punitionẽ. scda est adens phibitionẽ. tertia est subdens subuẽtionẽ atq̃ fauorẽ. ℙrima ꝗdẽ est ꝯcessio remouens punitionẽ scz ⁊ dimittens penã. ſm quẽ modũ beat⁹ Greg⁹ scribẽs anglor epo de obseruantia ieiunij ꝗdragesime pmisit inordinatum esum carniuz in dieb⁹ dñicis ꝗdragesime sicut di. iij. c. denicq̃ patet. Unñ ibidez ait. Ea ipa vo die dñica hesitam⁹ ꝗd nam dicendũ sit cũ oẽs laici ⁊ seculares ipa die more solito ⁊ ceteris diebus accurrati⁹ cibos carniũ appetant ⁊ nisi noua quadam auiditate vsq̃ ad medias noctes se ingurgitẽt nõ aliter se hui⁹ sancti tpis obseruationẽ suscipe putant. ꝙ non vticq̃ rõni ſ voluptati: imo cuidã cecitati mentis ascribẽ dũ est. Unñ nec a tali ꝯsuetudine auerti pñt. et ideo cũ venia suo ingenio relinquendi sunt ne forte peiores existant si a tali ꝯsuetudine phibeant vt salomon ait ꝙ multũ emungit elicit sibi sanguinẽ. Hec autẽ indulgẽtia ſm glo. in pdicto. c. fuit simplex pmissio p solam indulgentiã pene: nec loquit ibi de venia culpe. Hoc ꝗdem modo p simplicẽ pmissionẽ ꝯcedit ius ciuile ꝯtractũ vsurariũ: qz non punit eum: ⁊ hec videt fuisse intẽtio Aug⁹. in. ij. de libero arbitrio dicẽs. Videt mihi legẽ istam ꝙ populo regendo scribit recte ita pmittere: ⁊ diuinã pudentiã vindicare. Sz ꝯtra Justinian⁹ pmittit vsuras cẽtesimas ⁊ sexagesimas vt ptz. Ad hoc dicendũ ſm Alexã. de hal ꝙ Justinian⁹ pmisit cõpatiua pmissiõe vsuras leuissimas: qz vidit homines impij sui esse prauos ⁊ pnos ad dãdũ ad vsurã. Unñ pmisit min⁹ malũ ſm ꝙ in scõo notabili hui⁹ capli dictũ est Ex his patet ꝙ ius ciuile phibere hz ꝑmo ⁊ per se ⁊ p penã cõminationẽ vitia illa ꝙ pñt domesticã ⁊ ciuilem amicitiã impedire. Sz qz i ꝯtractu vsurario a mutuo recipienti voluntas lz non absoluta tñ ꝯditionata: ⁊ ex hoc nõ apparet euidẽter pdictam amicitiã impediri: ideo p aliam phibitionẽ ⁊ penã tali ꝯtractui desinit obuiare eũ relinquẽs diuino iudicio puniendũ. Unñ Aug⁹ li. j. de lib. arb. ait. Lex ista ꝙ regẽdis ciuitatibus ferit multa ꝯcedit atq̃ impunita relinqt ꝙ p diuinã puidẽtiã vindicat. Necessario ẽ tal ꝯcessus iure canonico phibet. eo ꝙ ex finẽ quẽ intẽdit hz nccio oino vitia phibere: qz omnis mortal culpa obuiat charitati p quã fidelium mẽtes dirigunt in deuz. Hinc ẽ ꝙ oẽ pctñ qõd phibet a ciuili iure: qõd manat a iure naturali ⁊ phibet a canonico iure. Scda aũt ẽ ꝯcessio addẽs phibitionẽ ꝗ idẽ ẽ ꝙ pmissio tollẽs impedimentũ. ſm quem modũ iudei iter nos habitãtes i sui ritus obseruãtia ab ecclesia permittunt. Unñ Greg⁹. xlv. di. de ipis iudeis in c. qui sinceras: circa finez sic ait. Oẽs festiuitates feriasq̃ suas sicut hacten⁹ tam ipsi q̃ parẽtes ipsor p longa colẽtes retro tpa tenuerunt liberã habeant obseruãdi q̃ licentiã. hec autez pmissio q̃uis glo. sentiat ꝙ sit silis ꝑme: alijs tñ ⁊ nõ indoct videt ꝙ nõ sit silis illi: qz nõ videt ita simplex phibitio sic illa: imo se hz p additiõez ad eã. Nã illa ꝯcessio pmittebat malũ p solã indulgẽtiã pene. eo ꝙ nõ fuerat facta phibitio dicti mali p cõminatõez alicui⁹ pene: ſ h pmissio scda pl⁹ facit: qz nõ solũ pmittit pdictum malũ: ſ obseruantiaz rit⁹ iudeor subtrahendo cõminationẽ vel inflictionẽ pene sicut in ꝑma: ſ etiã remouẽdo impedimẽta christiano⁹ qui impedire vellent obseruantiam dicti ritus. hanc vero scdam ꝯcessionẽ non phibet vsurario ꝯtractui ius ciuile: quia tunc tolleret impedimẽta a volentib⁹ facere vsuram quod

falsum est. q̃nimo sicut pmittit fieri p̃dictuz cõ tractum ita q̃ pmittit p̃stare illa impedimẽta que facit ius canonicũ vel statuta ciuitatũ aut dñoz contra p̃dictum turpem contractum.

Tertia est ꝯcessio stans fauorẽ ⁊ subuentionem atq; iuuamẽ ꝑm quem modũ pmittit ecclesia clericũ a seculari potestate q̃q; occidi: ⁊ hec cõcessio se habet p additionẽ ad p̃cedentem regulã quẽadmodũ secũda ad ꝑmaz. Nã in ista cõcessione nõ tñ cõtrahit cõminatio pene sicut in ꝑma: sed vltra hoc tollit impedimẽtũ p qđ occisio clerici posset impediri sicut accidit in regula p̃cedenti p̃dicta. et vltra p̃stat iuuamẽ in ista tertia regula qđ non fiebat i aliqua regula⁊ p̃dicta⁊. Nam clericũ q̃ dignus ẽ morte degradat ⁊ punit ecclesia ⁊ ipm tradit in manib⁹ iudicis secularis vt occidat. iuxta illud .j. Eoz. v. Ego iudicaui tradere hmõi homine sathane i interitũ carnis: vt spũs saluus sit in die dñi nr̃i ihu xp̃i. Hec p̃dicta patent ex̃ de vsuris nouim⁹. et de peni. c. ij. li. vj. nec q̃z hãc ꝯcessionẽ dat vsurarijs ius ciuile: qz iuuamen vel auxiliũ minime p̃stat eis. Si em̃ ciuile pmitteret vel cõcederet cõtractũ vsurarũ secũdo mõ scz subtrahẽdo impedimenta p que impediri potest: vel etiã tertio modo videlicet p̃stando auxilia p q̃ p̃dict⁹ ꝯract⁹ fieri posset necessario sequeret q̃ p̃dictũ ius naturali iuri ac iuri canonico ꝯrariet. qđ oino esset inconueniens cum p̃dictum ciuile ius ⁊ canonicũ sicut dixim⁹ in iure naturali fundata sint: ideo iure naturali cõtrariari nõ potest: nec etiam sibi inuicẽ aduersari. Nec etiã ius ciuile adũsat diuino iuri p talem pmissionẽ non puniẽdo: cuz pmissio talis nõ sit p oppositionẽ: sed p omissionẽ: quia relinq̃t talẽ cõtractum ꝓhibendũ et puniendũ iuri canonico ⁊ diuino sicut supius dictum est illis enim magis incũbere videtur.

Quarto est notandũ q̃ impator mandauit ꝓuari ea que in Niceno cõcilio ꝓhibita sũt inter que est vsura vt patet di. xlvij. c. qm̃ a iure ciuili pmissa sunt p duas vltimas ꝯcessiões .s. amotionem alicuius impedimẽti vel p ꝯcessionem alicui⁹ auxilij nõ tamen ideo intendit q̃cunq; ꝓhibita sunt a ciuili iure p pene cõminationẽ. vel potest dici q̃ impator mandauit illa ꝓuari p̃ aꝓbationem: qz illa aꝓbauit tanq̃ rite ordinata. Non autẽ mandauit ꝓuari quecũq; ibidẽ sunt p pene cõminationez: qz hoc ꝓprie ptinebat non ad eum sicut supi⁹ dictum est: quia lex nature statũ seculare non arctat ad tam spũalia opa sicut statum spũalẽ dũdo ipis opibus spũalib⁹ non aduersek ⁊ maxime p duas vltimas ꝯcessiones. Si aũt ꝯtingeret q̃ ius ciuile in aliquo casu vel aliquo tpe ꝑ futuro p pene cõminationẽ ꝯractũ vsurariuz ꝓhiberet: hoc faceret in obsequiũ canonici iuris. vtputa qz pena p ius canonicũ cõminata nõ sufficeret: vel qz nõ posset p ecclesiasticũ iudicem sufficiẽter executioni mãdari. Ex dictis ptz q̃ ꝯtroũsia q̃ int̃ aliquos iuristas ẽ ꝑ pmissione ꝯract⁹ vsurarũ rõnabilis non videk. qz vtraq; ps p̃t dicẽ vez. Nã q̃ dicũt q̃ talis cõtract⁹ ẽ pmissus: ⁊ debet pmitti a iure ciuili intelligũt q̃ pmissus sit simplici pmissiõe: nõ cõminante neq; infligente penã. ⁊ vez dicunt si vo intelligunt q̃ pmissa sit pmissione aliq̃ duarũ vltimaz ꝯcessionũ. i. tollẽte impedimẽtũ a faciẽtib⁹ vsuras: vel pmissiõe p̃stante iuuamẽ eis falsũ ẽ. Eodẽ mõ dicẽdũ est ꝺ aliꝭ ꝯrarie ptis. Nã sic̃ dicit glo. ibi. c. de vsur. supra ⁊ illi q̃ eam sequunt q̃ ꝯract⁹ vsurari⁹ non est pmissus in ciuili iure si itelligũt de modo secundo vel tertio pmissiõis verũ dicunt. Si vo intelligunt q̃ nõ sit pmissus ꝑm primuz modum ꝯcessionis falsum dicũt. Hec nõt mgr̃ Gerardus de senis p̃allègatus. Sed obijcit q̃ lex iustiniani pmittit vsuras centesimas ⁊ sexagesimas ⁊ supponẽdũ ẽ q̃ pmisit bñ. Ad ꝺ respondet Alex. de hal. in. ij. q̃ pmisit compatiua pmissione vsuras leuissimas exigi ne accideret peius: qz tũc ꝓni erant homines ad vsurariũ lucrũ. iudicans igit̃ min⁹ malum sustineri leues vsuras q̃z gues: cõcessit illud sicut s̃. de libello repudij. ꝑmone. xxxvj. arti. ij. et c. viij. dictũ ẽ Hec Alexã. q̃ ꝯcordat cũ his q̃ s̃. in p̃cedẽti c. dicta sũt. Et licz pleriq; doctores iuris ciuilis dicant q̃ ꝑm leges vsura pmissa est. tñ hodie p certaz cle. de vsuris. c. ex graui. §. fi. hoc teneri ꝓhibitum est vbi habetur q̃ tenens q̃ dare ad vsuram non sit peccatũ tanq̃ de heresi iudicari põt ꝑm Antho. de butrio s̃ Rub. de vsuris in fine.

Epylogatio omniũ supradictoruz in pñti sermone.

Ex oibus q̃ in pñti ꝑmone dicta sunt cõcludendo colligi põt ꝑm p̃dictum Gerar. ꝺ senis q̃ nullo iure pmitti potest vsura: nec ꝓpter aliq̃ bonuz q̃ inde oriat: nec ꝓpter aliq̃ malũ qđ inde euitek. Primo em̃ ius naturale nõ p̃t ꝯcedẽ ꝯractũ vsurariũ: qz illd qđ ẽ simpliciter ꝛ ius nullo mõ ꝯcedi põt ab eodem iure. alioq̃n simul esset ꝛ ipm ⁊ nõ ꝯtra ipsum in quantum ab ipo cõcessum. Sed sicut ex. xij. rationibus s̃ in .j. arti. patet ꝯractus vsurari⁹ simpliciter ꝛ naturale ius ẽ. Scdo ius diuinũ cõtractũ vsurariũ minime ꝯcedẽ p̃t. nã sic̃ dictuz ẽ cũ sit simpliciter ꝛ ius naturale. relinquit vlteri⁹ q̃ sit ꝛ ius diuinũ. qz ius diuinũ a naturali iure deriuatũ est. g̃ q̃q̃d est ꝯtra ius naturale necessario ẽ ꝛ ius diuinũ: ⁊ ꝺ manifestant scri-

ptura⁊ phibitiões. que ſ. in. ij. arti. dicte ſunt

Tertio ius canonicũ ppt̃ pdicta nõ pt pdictũ ꝯctũ ⁊cedẽ: q⁊ ⁊cedẽt vt ſit ꝯ vet⁹ et nouũ teſtm̃. ex eo. ti. c. ſup eo. Nã vt ibidem dr ſacra ſcptura phibet p alteri⁹ vita mentiri. vt patet xxij. q. ij. ne ds g̃ multo magis ſic̃ ⁊cludit ibidẽ phibẽdus ẽ qlibet ne p redimenda vita captiui vſurarij crimie iuoluat. cuz tñ illud videat potiſſimũ bonũ qđ ex vſuris puenire põt. Alteri⁹ etiã nõ põt dici q i dicto ꝯctu diſpenſatio cadat ppt̃ ipm mai⁹ malum ſpũale q̃ ſit aliud malũ qđ incurrit i ⁊tractu pdicto. Nã malum qđ incurrit vſurari⁹ p pfatũ ⁊tractũ q̃ malum ſit patebit. j. ſmone. xliij. xliij. ⁊. xlv. p totum ppt̃ q̃ oia: q⁊ terribilia ſũt ⁊cludẽdũ q ius canonicũ nullo modo ⁊cedẽ vel pmittẽ dr ꝯctũ vſurariũ ppt̃ mai⁹ malũ vitãduz. q⁊ regulariter loquẽdo nõ apparet aliqđ mai⁹ ipo qđ p ipſuz valeat euitari. Quarto autez ius ciuile põt ⁊cedẽ ⁊ ⁊cedit pfatũ ꝯctũ ⁊ceſſiõe accepta in pñti. c. primo mõ. qđ eſt idẽ q ſimplex pmiſſio p indulgentiã pene. ſcdo vo vel tertio genere pmiſſionis ius ciuile nõ pmittit vſuras: q⁊ nõ phibet impedimẽta fieri volentibus fenerari nec fenerantib⁹ dat aliqua iuuamẽta. Jo. an. h̃ addit dicens h̃ dictũ non video poſſe defendi. niſi dicat leges veteres p antea eſſe corruptas. Nã certũ eſt leges ſtatuere modũ vſurarũ vt. C. de vſur. pmittũt. illas peti in iudicio pmittunt p illis nõ ſtipulari pignora retineri. qđ plus ẽ ſtatuũt certis caſibus illas ex mora deberi: ⁊ his ſimilia Et g̃ ⁊cludo ex oib⁹ ſupra dictis q vſura oi lege merito phibet. Unde ſm Jnno. hoſti. Jo. an. ſi nõ oi lege phiberetur vſura ⁊ fenerari liceret: fere inde ſequerẽt inumerabilia mala. Nã hoies nõ intenderent agriculture niſi forte qñ aliud agere non valerent. Proinde tãta charitia inſurgeret q oẽs paupes fame pirent. nam ⁊ ſi terrã hab ereãd colẽduz alia ⁊ alia inſtrumẽta neceſſaria habere neſcirent. q⁊ a ſe paupes non valerent habere: nec inſup a diuitib⁹ haberent illa: q⁊ diuites ppter ſecuritatẽ ⁊ maius lucrũ potius ponerẽt pecuniã ad vſurã q̃ ad minora ⁊ minus ad tanta lucra. Jnſup q aliquis diues aliqđ i talibus poneret: tñ victualia eẽnt ita chara q paupes nõ haberẽt vnde viuere poſſent: ex q̃ fidelib⁹ maximũ piculum imineret. Patet igit ex ſup⁊adict⁹ ſicut dicit Eccs. x. auaro. ſ. v urario. nihil ẽ ſceleſti⁹. A quo ſcelere eruat oẽs vſurarios miſericors ⁊ miſerator dñs illuminans eos lumie veritatis: ⁊ inungẽs eos oleo pietatis. attrahẽs eos munere ptãtis. ⁊ demũ cũ eis oẽs nos in dño gloriemur. Qui in trinitate pfecta glorioſus ⁊ laudabilis viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculor⁊. Amen.

Feria. VI. poſt quartaz dominicaz in quadrageſima de contractib⁹ vſurarijs: ⁊ de ſecuritatibus mercãciar⁊ ⁊ de varietate multiplici cambiorũz.

Sermo. XXXIX.

IAm fetet quatriduanus ẽ Jo. xj. ⁊ in euang⁹. ho. Quadruplex nempe culpa h̃ tpe i ⁊tractib⁹ vſurarijs cõmitti ſolet. Prima in eor⁊ cõſenſu. ſcda in eor⁊ opatione. tertia in eor⁊ ⁊tinuatiõe. q̃rta in eorũ pſeuerãtia. Sed h̃ q̃rta ẽ que p fame corruptionẽ ſeu diffamationem in hoie cupido ⁊ auaro iam fetet q⁊ quatriduan⁹ eſt. Ad compr̃imendũ aũt hũc fetorẽ circa hanc ⁊tractuũ materiã tria ordinate conſideremus. Primo qñ in ⁊tractu ab vſura excuſat dubiũ vel piculum. ſcdo qñ eſt mutuum palliatũ. tertio qñ lz cambiũ.

Articulus primus vbi oſtenditur quãdo in contractu dubium vel periculum ab vſura excuſat.

PRimo conſideremus quãdo in ⁊tractu ab vſura excuſat dubiũ vel periculum ⁊ quãdo non. Ad cuius intelligentiaz ante oñia notande ſunt tres regule. Prima ẽ hec. In mutuis veris vel interp̃tatis ſpe lucri p̃ncipaliter factis dubium ſeu periculũ a fenore non excuſat. Ad cuius regule ⁊ duarum ſequentiũ regularum intelligentiã p̃notandum eſt. q nulla conditio ſeu circũſtantia aliquem actum ex natura ſua vitioſum excuſare valet: niſi ſm q ab eo rationẽ vitioſitatis remouere poteſt Verbi gratia. Oſee. j. ait dom⁹ ad oſeam. Vade ſume tibi vxorem fornicariaz: ⁊ fac tibi filios fornicationũ: quia fornicans fornicabitur terra a domino. Ecce licite pphete fornicatur: nec ob aliam cauſam ſibi licebat: niſi q⁊ ex p̃cepto domini fornicatus eſt. Et ite⁊ cum hebrei in expoliatiõe egyptior⁊ Exo. xij. excuſantur a furto: ex alia cauſa non eſt niſi quia ex p̃cepto dñi. id eſt. dei q̃ eſt dñs vniuerſalis ſeu generalis vniuerſor⁊: res non ſue facte ſunt ſeu ſic in ppoſito ſi dubium ſeu piculum excuſare debet crimen vſure vere vel interp̃tate hoc nõ põt eſſe niſi qñ dubium vel piculũ vtutem haberet tollendi rõnez vſure vere vel interp̃tate Sed q⁊ quãdo in mutuis veris vel interp̃tatis ſi p̃ncipaliter fiunt ſpe lucri vitium annexũ eſt ideo dubium ⁊ piculuz de ſui natura a tali mutuo vitioſitatẽ nõ tollũt vt patet extra. de vſur. c. nauigãti. in p̃n. Secũda regula eſt dubiũ vel piculum a fenore non excuſat niſi apud lucrantem includat. dñiũ atq⁊ vſus rei ꝯclitan-

tis cum qua lucrat. ¶Primo q̃dez dominiũ qz ex re sua hõ lucrari debet. Scõo vsuz: qz vsus rei ex q̃ lucrũ puenit debet mediatim ad lucrã tem ptinere. Quãdoq; igit in mercãdi lucran di actu ꝑiculum merciũ vel pecunie nullo mo/ do respectu actus mercãdi spectat ad ipm prz: mũ mercãtẽ siue tradentẽ: sed solũ cũ res tradi te sũt tunc eoipo eaz vsus ⁊ dominiũ quo ad actum illuz mercãdi spectat ad solum illũ cui ꝑiculo currunt. res eñ perdit dño suo Ter tia regula est hec. ꝑiculũ seu dubiũ a fenore nõ excusat nisi in ꝓtractu causa tpis non ppzij ali quid plus sperat. Huius regule ratio ẽ: quia vbi semp ꝑsumitur esse mutuũ verum seu iter/ pretatũ cum sit spe lucri ꝓpter intercurrẽs tẽ/ pus. Hec etiam regula satis ex p̃cedentibus re gulis patet: ⁊ etiã ex regula supzapposita in ser/ mone. xxxiij. arti. j. c. j. Igitur his p̃missis ad uertendũ est q; in cõtractu ⁊ in mutuo vero et interp̃tato q̃druplex dubiũ seu ꝑiculũ ꝓtinge/ re põt. ¶Primũ est capitalis ⁊ non lucri. Scõz est lucri ⁊ non capitalis. tertium nec capitalis nec lucri. quartũ capitalis ⁊ lucri.

Quãdo in ꝓtractu potest cõtinge/ re periculum capitalis ⁊ non lucri: ⁊ quando est vsura ⁊ circa hoc ponũt q̃ttuoz casus. Caplm. i.

¶Primũ dubiuz seu periculũ in ꝓtractu cõtingere potest scz capitalis ⁊ non lu cri Et de hoc ponamus q̃ttuoz casus.

Tertio valet ad resistendū cogitationibus prauis. vnde Cañ. j. dicit. aia iusti. Fasciculus mirrhe dilectus meus mihi. Mirrha sīdem corpora fuat illesa. quia dilectū dominū suscipimus sicut fasciculū mirrhe eo q; passionē ei⁹ ad memoriā reuocam⁹ Preterea hoc sacramē tum roborat habitū gratie. ex quo tanq; ex arma tura anime mens a prauis cogitatiōib⁹ defensat. Ideo ps̄. ait. Nā ⁊ si ambulauero i medio vmbre mortis. nō timebo mala quoniā tu mecū es. Et iterū idem ait. Domin⁹ fortitudo plebis sue. ⁊ protector saluationū christi sui est. Sed nūq̄d corp⁹ christi debet dari amētibus. Respondet q; de amentibus distinguēdū est. Primo eñ modo amētes largo modo dicunt qz debilē mentez habent. sicut dicit inuisibile qd male videt. tamē aliquo modo dociles sūt eorū que ad fidem ⁊ deuotionē sacramenti pertinere p̄bant: ⁊ talibus non oportet corpus xp̄i negari. Secūdo sunt q̄dam qui omo carent iudicio rationis. ⁊ tūc aut isti fuerūt tales a natiuitate. ⁊ istis dari nō debet. qz non possent ad deuotionē induci que requirit ad sacramētuz hoc. Quis q̄dam contrariū dicunt Aut incidunt in amentiā post fidem ⁊ deuotionē sacramenti: ⁊ tūc debet eis dari nisi timeat periculum vel de vomitu vel de spuitiōe vel aliquid hmōi. Et hoc patet p illud qd habet. xxvj. q. vj. c. is qui. vbi dicit. Is qui in infirmitate petit si casu ad cū sacerdos inuitat⁹ veniat oppressus infirmitate obmutuerit: vel i fine si auersus fuerit. dent testimoniū q̄ euz audierūt. ⁊ accipiat penitētiā. id ē. absolutiōez s̄m gloſā. Et si cōtinuo credit moritur⁹ recōsilietur p manus impositionez: ⁊ infundat ori eius eucharistia: si supuixerit moneat a predictis testibus petitioni sue satisfactū. Et subdat penitentie statutis ⁊ legib⁹. q̄diu sacerdos qui penitentiā dederit p̄bauerit. cū hoc cōcordat Alexā. de halis ⁊ Tho. in. iiij. di. ij. in fine De demoniacis. Addit etiā Tho. ibidē de demoniacis cōmunio nō ē deneganda. nisi forte sit certū q; p aliquo crimine a diabolo torqueāt De talib⁹ loquit diacon⁹ in. iij. lib. de ecclesiastica hierarchia dicēs. Energomini etiā ab inspectione diuinoꝝ arcent. vñ statim post euāgeliū in p̄mitiua ecclesia p vocē diaconi cū catechuminis excludebant. Vel dicēduz ē ⁊ melius q; ipe vocat energuminos illos in q̄b⁹ adhuc viget virtus demonis ppter peccatū originale nondū exstirpatū: eo q; nōdū baptismi gratiā cōsecuti sunt. q̄bus exhibet exorcism⁹ post cathecismū ante baptismū. Unde ipe ponit eos secūdo loco post cathecumios. Insup Cassian⁹ ait. Qui ab īmūdis vexant spiritib⁹ cōmunionē sāctā a seniorib⁹ nr̄is nūq̄ inuenimus interdictā. Preterea. xxvj. q. vj. c. q̄ recedūt in fine dr. amētib⁹ etiam q̄cūq; pietatis sūt p̄ferēda sūt. ⁊ loquit ibidē de recōciliatōe ⁊ cōmunione sacra hec s̄m Tho. vbi supra. Sz Alexā. de halis ait q; sunt q̄daz energumini q̄ exigentib⁹ peccatis suis iudicio dei arrepticij facti sūt. de q̄bus frequēter accidit q; p̄cupunt i blasphemias ⁊ alia q̄ absq; dei ꝓtumelia fieri nō p̄nt. ⁊ talib⁹ non ē dandū corp⁹ xp̄i. Quidam ꝓo energumini sūt q̄ nō modice religiōis fuerūt. ⁊ tū diuina p̄missione ad matorē eorum purgationē ⁊ meritoꝝ augmētatōez q̄busdaz tpis iteruallis vexant a spiritib⁹ imundis q; deuotio i nullo diminuitur neq; refrigerescit feruor. de q̄b⁹ p̄mpta sūt exempla: s̄ forte non expedit p̄palare talia: s̄ talibus qñ opportunitas se offert dari debet: vt ꝫ vexatiōes malignī spūs forti⁹ ſualescāt. de hmōi intelligit Cassianus. vñ dicit Tāto magis ac magis inimicus insultabit obsesso: q̄tuz eū celesti medicina viderit segregatū. Hec Alexan. de halis.

Qz p hoc sacramētū digne sumptū tria bona spiritualia in hoie augmentantur. Caplm. ii.

Secūdus effectus huius sacramēti est bonoꝝ spiritualiū augmētatio Sicut p̄rouerb. xij. dicit. Qui bonus hauriet sibi a domino gratiam ⁊ merito q̄dē: quia ipe est fons omnis gratie ⁊ ꝫtutis. vnde sacramētū eucharistia. id est. bona grā noiat. Ioo Ecci. xxiiij. ipa eucharistia ꝺ se ait. In me ois gratia vite ⁊ veritatis. in me ois spe vite ⁊ virtutis. Transite ad me oēs q̄ cupiscitis me: et a generationib⁹ meis adimplemini. Tria autē inter alia bona multiplicant p hoc sacramētū

Primus est decor castitatis. secūdū est feruor charitatis. tertiū est sapor suauitatis. Primū inq̄ ē decor castitatis. vnde Dañ. j. dicit. Apparuerūt vultus eorū meliores vultibus pueroꝝ ⁊ corpulētiores p̄ omnib⁹ pueris q̄ vescebañt cibo regio Glo. vultus eoꝝ quos panis satiabat qui de celo descendit apparuerūt meliores. scz castitatis decore. Unde ⁊ pueri illi casti fuerūt. Proinde merito dicit Cañ. vij. Q̄ pulchra es ⁊ q̄ decora charissima in delicijs. Sicut em̄ nutrimēta plurimū faciunt ad decorem corpis: sic etiaz delitie spūalis cibi ad pulchritudinē castitatis. Sm̄ em̄ Alexan. de halis in. iiij. Talis cōmunicatio sacramētalis et spiritualis simul valet ad cognoscēdā diuinā bonitatē siue largitatē in reficiendo: q⁹ dedit corpus suū ad spūaliter ⁊ sacramētaliter manducandum vt vtrūq̄ scz corpus ⁊ aiam reficeret. vnde estimo q⁹ incētiua carnis sedañt ex manducatione sacramētali. hec ille. Secūdū bonū est feruor charitatis. vnde Eccī. xxxij. dicitur. Gemula carbūculi i ornamēto auri. Glo. ardentia gēmaꝝ p̄cipatū tenet carbunculus sic dictus: q⁹ est ignitus vt carbo: et significat corpus xpi. q⁹ cor accipiētis ornat castitate et inflāmat charitate. vñ p̄s. xxij. ait. Ignis a facie eius exardescit: carbones succēsi sūt ab eo. Et iterū ait. Impinguasti in oleo caput meuz id ē. mentē meā feruēti deuotiōe inebriasti. Et calix meus inq̄ p amplexū dilectiōis q̄ p̄clarus est. id ē. illuminās intellectū ⁊ inflāmans affectū talis em̄ sūptio sacramenti scz spūaliter ⁊ sacramētaliter valet ad trāslationē de humanis ad diuina. Ideo Innocēti⁹ ait. Sapientia dei que se p̄ visibilia manifestat. volēs euidenter ostēdere q⁹ ipa est cibus animaꝝ carnē assūptam ꝓposuit i eduliū. vt p̄ cibum humanitatis inuitaret ad gustū diuinitatis. vnde ait p̄s Gustate ⁊ videte quoniā suauis est dominus Totū ergo se xp̄s exhibet nobis vt sicut diuinitate nos reficit quā spūaliter corde gustam⁹. ita humanitate nos reficiat quē corpaliter ore comedimus vt ita de visibilib⁹ ad inuisibilia de tēporalib⁹ ad eterna. de eternis ad celestia. et de humanis ad diuina nos transferat. Ego sum inquit panis viuus q̄ de celo descēdi: ecce cibus diuinitatis ⁊ panis quē ego dabo caro mea ē. ecce cibus humanitatis. Tertiū bonuz est sapor suauitatis. vñ Sapie. xvj. de domio sc̄tū est. Angeloꝝ esca nutriuisti populū tuū et paratū panē de celo p̄stitisti eis sine labore: oñe delectamētū in se habētez ⁊ oñis saporis suauitatē. substantiā em̄ tuā ⁊ dulcedinē tuam quā in filios habes ostendebas. ⁊ deseruiens vniuscuiusq̄ volūtati ad quod quis volebat cōuertebaſ. Et it erū Cañ. v. anima iusti inq̄t. Comedi fauū cum melle meo ⁊ bibi vinū meū cum lacte meo. id ē. bibi ⁊ comedi corp⁹ et sanguinē domini nostri ihu xp̄i cuz sapozoso affectu ⁊ luminoso intellectu ad anime mee spūalē cōsolationē. hec est em̄ suauitas de qua p̄s ait De petra melle saturauit eos: q⁹ tales deuotemētes sugūt ineffabilē dulcedinez eius. Unde Aug⁹ ait. Participatiōe corpis ⁊ sāguis christi homo viuit nō sumens sacramētū tm̄ quod ⁊ mali faciunt. sed ptingens vsq̄ ad spūssancti pticipationem: vt in corpe domini tanq̄ membrum maneat ⁊ eius spiritu vegetet. vnde Innocenti⁹ ait. Panis angeloꝝ factus est panis hominū. Sm̄ illud pphet̄icuz. Panē angeloꝝ manducauit homo. quaten⁹ qui Sm̄ animā cibum diuinitatis accipim⁹. Sm̄ carnē etiam cibum humanitatis sumamus. quoniā sicut anima rationalis ⁊ caro vnus est homo. ita deus ⁊ homo vnus ē christ⁹ hoc dicit q̄tum ad primū ⁊ post. q⁹ p̄ gustum quoq̄ vitā acquirit q̄tenus vnde mors orieba ſ inde vita resurgeret Dictū quipe est de illo. Quacūq̄ die comederis morte morieris. Dicit autē de isto: si quis māducauerit ex hoc pane viuet ineternū. ⁊ de hoc dicit q̄tum ad sc̄m.

De pfecta vnione aie cū xp̄o quaz efficit hoc sacramētū. q̄ triplici similitudine demōstraſ. Cap. III.

Tertius effectus hui⁹ sacramenti ē cuz xp̄o pfecta vnio Sm̄ Bonaueñ. in. iiij di. xij. Effectus hui⁹ sacramēti nō ē de nouo vnire: sed iam vnitas magis vnire. magi autē quis vniſ tripliciter. aut vinculo maiori aut vinculo strictiori. aut viculo firmiori. Primo inq̄ vinculo maiori vt ille q̄ habet maiorē charitatē. Secundo vinculo strictiori vt ille q̄ Sm̄ eundē habitū tenacius amat. Tertio vinculo firmioris: vt ille q̄ eodem habitu magis ē radicatus. Dicit autē hoc sacramentū magis vnire: q⁹ digne accedētē reddit feruētiorē: q⁹ efficit hō vt carbo ignit⁹: ⁊ reddit fortioreꝝ sic bon⁹ cib⁹ Et ex h̄ q⁹ reddat charitatē magi ignitū adiuuat ad p̄sumēdū originaſ pcti rubigine. Et ex h̄ q⁹ magi firmat adiuuat ad vitandū oia scelerea ⁊ rōne vtriusq̄ valet ad augmētū vtutū: ⁊ maxie charitat⁹ q̄ vinculū ē pfectiōis Sz q̄tū ad feruorem vl radicatōez. feruor minuitur q̄tidie p venialia ⁊ etiā radicatio: ⁊ ideo optet p hūc cibū restaurari dep̄ditū. h̄ ille Adueretēdū ē etiā q⁹ cū h̄ sāctū sacrm manducam⁹ nō ip̄m quēadmodū ali⁹ cibus i nos mutatur s ecōuerso nos mutamur in illū. Proinde sic dictū est h̄ sacramētū eucharistia. id est. bona gratia nūcupaſ eo q⁹ corp⁹ xp̄i influat in nob bonitatē suaz p̄ quam non ip̄m nobis sed nos

illi assimilamur. et in eius bonitatez mutamur nam gratia est quedam influentia diuine bonitatis in anima. p quā deo assimilat. Hec siquidem vnio triplici similitudine ꝓbari pōt. Prima sumitur de virtute amoris nostri. secūda de virtute rei amoris. tertia de virtute surculi arboris. Prima ꝙo sumitur ō ꝝtute nostri amoris. Est em̄ vis amoris trāsformare cor amantis i id qđ amat. vnde Can. viij. ait christ⁹ ad spōsam. Pone me vt signaculū sup cor tuum: sup cor tanq̄ sup ceram liquidā calidā puram ⁊ mollem ⁊ aptam suscipe imaginē impressam ibu christi ponendū est dominicū sacramētuz nam sup calidū cor amore dei purū mundicia sui ac molle pietate ꝓmi. corpus xp̄i vt sigillum ponit: non vt ipm qđ imutabile est i nos mutet. sed vt nos in imaginē bonitatis ei⁹ trāsformemur ⁊ imutemur. Item habet de consecratione. ij. c. Hoc sacramentū. ibi Aug⁹ ait. Hoc sacramentū pietatis est. signum vnitatis. vinculum charitatis. Qui vult viuere accedat ⁊ credat: ⁊ incorporet. bunc cibū ⁊ potum societatem vult intelligere corpis ⁊ membroz suoz vnde Joh. vj. domin⁹ ait. Qui mā ducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinez: in me manet et ego in illo. Secūda ꝙo similitudo sumit ad hoc idem de virtute rei maioris. nam si gutta aque in vas magnū vini ponat: aqua ex toto mutat in vinū: sic etiaz virtus dominici sacramenti cū inffabilis magnitudinis sit. ⁊ nos q̄si nihil respectu illi⁹ merito nos mutamur i christum ⁊ nō christus in nos De christi magnitudine ps̄ ait. Magnus domin⁹ ⁊ magna ꝝtus eius. Et de puitate nostra idē ait. Substātia mea tanq̄ nihilū ante te. Et Esa. xl. scꝑtuz est Ecce gentes quasi stilla situle. Et sequit. Omnes gentes quasi nō sint. sic sunt coram eo. Magnitudo ita q̄ ꝝtutis ⁊ dulcedinis christi. cuz sacramentū sumit exiguū ⁊ humile cor nostrū vincit. ⁊ illud a se deficere facit in seip̄m cōuertens. vt non iam mūdanis ⁊ trāsitoriis rebus dediti. sed volūtate ꝑmone ⁊ ope christo similes sumus. sicut de se ps̄ testat dicēs. Defecit in salutare tuuz deus anima mea: ⁊ in ꝝbuz tuum supsperaui. Tertia similitudo ad idē sumitur de ꝝtute surculi. Est nempe natura surculi arboris bone. q̄ si siluestri trunco inserat naturali virtute ꝑualens illius amaritudinez ⁊ siluestrem naturam in domesticā et nobiliorem conuertit ⁊ similē fructum bonū ꝓferre facit. Sic vtiq̄ corpus christi in nobis insitū defectus nostros euacuat: ⁊ nos in bonitatē suā trāsformat Proinde quales ipe flores frōdes ⁊ fructus iusticie facit: tales quoq̄ p eū ⁊ nos facere studeamus. Hinc spūssanctus p Ezech xvij. ait. Sumam ego de medulla cedri sublimis. ⁊ ponam de vertice ramoz̄ eius tenerū. distringā ⁊ plantabo sup montē excelsuz ⁊ super eminentē. in monte sublimi israel plātabo illam. ⁊ erūpet in germē ⁊ faciet fructū. Cedr⁹ sublimis ē pater omniuz deus. rami eminētes sunt antiqui patres. vertex ramoz̄ est beata ꝙgo maria. medulla cedri eterna dei sapientia est. De vertice igit ramoz̄ fuit caro christi de ꝙgine sumpta. Tunc igit spūssanctus medullam cedri ⁊ partem sumpsit de supremo ramo quādo verbū caro factum est. tenerū aut̄ dra teneo p ꝓtrariū qđ vix se teneat: ⁊ significat h̄ sacramētū eo q̄ vix xp̄s se tenet i celo. ℔ tract⁹ amore nr̄i descēdit ad terrā. h̄ tenez de⁹ distrigit. i. dilatat qñ h̄ sacramentū i multis hostijs p orbē terrarū multiplicat. Vñ distringē ℔m catholicon ē dilatare. Hūc aūt nobilissimū surculū in mōtē excelsū plātat: cū fideliū mentes a terrenis desideriis ad celestia eleuans dñica corpis tribuit sacramētū. Hinc siq̄dē fructus erūpit. q⁹ cor fidele ꝝtute corpis xp̄i relicta p ꝓria amaritudine vicioz̄ ad gl̄iaz ei⁹ spūales flores desideriozꝝ sāctoz̄. frōdes vtiliū ꝝbozꝝ ⁊ fruct⁹ bonoz̄ opez̄ facit. Jōo aia fidelis ait ad xp̄m Can. j. Trahe me post te. s. mutando me violētia tue dilectionis. magnitudine tue delectationis: si ꝝtute firme intentiōis. vt nō maneat in me radix amaritudinis: ℔ ꝑualeāt i me ꝝtus ⁊ dulcedo tue supexcellentissime bonitatis vt cuz apl'o dicam⁹ illud Gal. ij. Viuo aūt iā nō ego. viuit ꝙo in me xp̄s: q̄sez vita ē viuentiū spes morientiū ⁊ gloria omniū resurgentiū. Qui benedictus ⁊ benedicibilis dulcis ⁊ desiderabilis glorios⁹ ⁊ laudabilis cuz patre ⁊ spū sancto viuit ⁊ regnat ⁊c.

Feria. VI. in parasceue de sanctissima passione ⁊ mysterijs crucis xp̄i.

Sermo. LVI.

Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. domine ante te omne desiderium meum ps̄ xxxvij. Ad cōtēplandū sacramentū dominice passionis lz omniuz nostroz̄ ad hoc desideria inardescant: tamen imbecillitas humani ingenij oīno insufficiens est. Porro cum in xp̄o ie/su esset diuinitas: q⁹ filius vnic⁹ dei erat: ⁊ anima rōnalis a deo creata: atq̄ caro de virgine sūpta ipa rei magnitudo stupendā abyssuz admirationis ingerit menti. atq̄ incōprehensibilitatem tanti mysterij ꝓtestat sez q̄ dei fili⁹ tam aspera p nob voluerit pati. atq̄ i cruce obprobriosissime mori. qđ intelligens a rōnali natura non posse cōprehēdi. Eccl. j. ait. Altitudinē

celi ecce diuinitas xpi. ⁊ latitudinē terre. id est carnis in passionibꝰ dilatate. ⁊ ꝓfunduz abyssi. id ē. eius anime in doloribus abyssate quis dimēsus ē? quasi dicat nulla rationalis ⁊ creata natura ꝑ ante oīa ipa admiratio animi ꝓpulsans atq; interrogans ait. cū deus dixit. ⁊ facta sūt ipe mandauit ⁊ creata sūt. cur ꝓ nostra redēptione tot ⁊ tanta suplicia passus est]. Ad hoc respōdet Haymo in quodā sermone in mysterio dicēs. q; inter misericordiā ⁊ veritatē difficilis altricatio fuit veritas eī in adiutoriū ⁊ cōcliuz sibi iusticiā aduocauit Misericordia autē pacē in subsidiū inuocauit. ambe cōmuniter diuie sapiētie arbitriū elegerūt partibus igit in p̄sentia arbitrij ꝓstitutis. misericordia pacis instructa ꝓsilio taliter allegauit Cū deus sūma bonitate fecerit hoīem ad imaginē ⁊ silitudinē suā. indignū est vt tam digna creatura tota peat. ⁊ deꝰ fraudet ꝓposito suo qui ꝓpterea fecit hoīem vt illum cognosceret: cognitū diligeret. ⁊ dilectuz haberet. si ergo talem ex toto puniret nulla ꝑsus bonitas. imo potius crudelis esset impietas. Nō ergo obliuiscat misereri deus. nec ꝓtineat i ira sua misericordias suas. Veritas autē iusticie freto ꝓcilio ad hoc respōdet Cū deus sūma equitate ꝓpter peccatū clauserit ianuā paradisi collocans cherubin apud paradisum vt angelus diaboluz ⁊ hominē igneo gladio effugaret: indignuz est vt eam reseret indignis ne sanctū dei canibus vel margaritas spargat ante porcos. Oēs eī declinauerūt simul inutiles facti sūt. non est q̄ faciat bonū. Omnes eī imundo semie ꝓcepti sunt. ⁊ apposuerūt adhuc peccare ei Ad hꝫ misericordia respondet. Quis homo valde peccauerit. postea tamē ꝓfecte penituit: ideo qd̄ aī amisit ꝓ culpam recupare debet ꝓ penitentiā. Quacūq; eī hora peccatoris ꝓuersus fuerit. et ingemuerit vita viuet ⁊ nō morietꝫ. Ecōtra veritas respōdet. Iz homo ꝑ penitentiā culpā deleuerit ꝓfectam: tamē innocentiā penitētia nō restituit: qz remanet semp vomes peccati. languoz nature ⁊ tyrannꝰ carnis. ideo cū possit penam auferre nō potest tamen gr̄iam restituere. His ⁊ talibus obiurgationibꝰ diuina sapiētia cogitauit cogitatiōes pacis: ⁊ vidit q; iusticia lederet nisi sufficiēs pena ꝓ oibus solueret: ꝙ miscōdia disperiret si quemlibet sufficiēti pena puniret. vñ vt tā miscōdie q̄ iusticie satisfaceret iudicauit vt filiꝰ dei assumeret i se penam ꝓ oibus. ⁊ donaret ꝓ se gr̄iaz vniuersis. Ac ꝙ hꝫ iusticia ⁊ pax osculate sūt ⁊ cōplexe sūt. nullꝰ aliꝰ eī inuenit dignus apire ianuā paradisi nisi leo de tribu iuda: qui aperit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nemo aperit. Vix eī cuiq; alij sua sufficiebat iusticia: nedū sufficeret vniūsis. ꝙ ille Vt igit passione sua nos redimeret. ⁊ ꝓ eaz sempiterna gr̄ia dignos efficeret: assūpta nr̄a passibili carne in tpis plenitudine oēz dolorē penam ꝓfusionē ⁊ morte in cruce ppeti dignatus est. Erige igit mens deuota ad illō vitale lignum ocꝰos coꝛdis tui. ⁊ q; nō decet vginē mr̄ez dei i tāta hodie mestitia laborātē aduocatā ꝓ nostra indigētia postulare ne tāti bñficij scz dñice passiōis repiamur ignari ⁊ ingrati: tu sācti sima crux esto refugiuz nostrū: ⁊ virtꝰ illuians mētes nr̄as splēdoribꝰ tuis. inflāma coꝛ nostꝝ ardoribꝰ tuis. Roboza vires nr̄as virtutibus tuis. sine eī lumie tuo ceci sumus. sine calore tuo frigidi sumꝰ. sine roboze tuo fragiles sumꝰ sine sensu tuo aīales sumꝰ ⁊ brutales. sine dulcedine tua amari sumꝰ. Tu medela infirmoꝝ. tu thesaurꝰ ꝓfectoꝝ. tu es decꝰ saluandoꝝ. O sācti ssime lignū vite succurre miser] refoue pusillanimes: iuua debiles. dirige deuios: tu pugnātiū armatura: tuq; pelagꝰ gr̄aꝝ Ad te igit dirigimꝰ p̄ces nr̄as: vt ex abūdantia infinitoꝝ thesauroꝝ tuoꝝ nob̄ impetres sensū ⁊ intellectuz vt ꝓtemplādo ingredi valeamꝰ illas infinitas abyssos doloꝝ. ꝓfusionū atq; mysterioꝝ illiꝰ q̄ te p̄ciosissimo sāguine suo ꝓsecrauit Preterea te adorātes suplices exoramꝰ atq; hūiliter salutamꝰ dicētes. O crux aue spes vnica hꝫ passionis tpe: auge pijs iusticiā reisq; dona veniaz amē Afflictꝰ sū ⁊ hūiliatꝰ sū nimis ⁊c. iteꝝ ibi supza. In q̄b̄ sacratissimis ꝙbis tres abyssus dñice passiōis mystice describūt. Prima ē abyssus incōpr̄hēsibilis penalitatis. q; ppha i ꝑsona dñi ait. afflictꝰ sū ⁊c. Secda est abyssus incōpr̄hēsibilis humilitatis. Unde ppha subdit et humiliatus sū nimis rugiebā a gemitu coꝛdis mei. Tertia est abyssus incompr̄hensibilis vtilitatis. vnde subiūxit ppheta dicens. Dñe ante te oīe desideriū meū.

Prima ps principalis dñice passionis ē de .xxiij. rōnibꝰ q̄re dolores mētales ⁊ pene coꝛpales dñi nostri ie su xpi oi creature rationali incompr̄hensibiles sunt.

Primo igit p̄cipaliter circa dñi passionem cōtemplemur incōpr̄hensibilem abyssum penalitatis: quia sūma veritas ꝓ os ppbete hoc de se testatur dicēs. afflictus sum. Et quis queso exp̄mere sufficiat dolores ⁊ afflictiones quas in sua passiōe sustulit xps cum etiā omnibꝰ rationabilibus creaturis incompr̄hensibiles sunt? vt tamē aliqualiter compr̄hendere valeamus incompr̄hensibilitatem. et abyssalem imensitatem eoꝝ. tria ad p̄sens de ipo domio p̄mittendo cōsidere mus. Primo plenitudinē cognitionū. secūdo

magnitudinem occasionum. tertio multitudinem rationum.

Triplex cognitio ihesu xpi vbi fundabat crux ei⁹ est mētalis.

Primo ꝯsideremus plenitudinē cognitionū. Ab instanti cōceptionis sue ex vnione diuini vbi tres habuit cognitiones in mente sua. Primo habuit cognitionē ꝑteritoꝝ. secūdo habuit cognitionē ꝑsentiuꝝ. tertio habuit cognitionē futuroꝝ. Hę tres cognitiones fuerunt quasi tres altissimi montes sup quos erecta ⁊ fundata fuit crux dñi nostri ihu xpi. de q̄bus ꝓpheta ait. Fundamētū ei⁹ in mōtibus sāctis. Ex quo patz q̄ inter cetera maxime tria ꝑncipaliter semp cognita erant in mente xpi. Primo eñ peccata que ꝓtra deum ꝑterito pātrata erāt. ⁊ que in ꝑsenti cōmittebant: ⁊ que in futuro cōmitti debebāt. Secūdo oñia tormenta que antea passus erat. tunc patiebat̄. ⁊ que in futuro passurus erat. Prōde Jobis. xviij. dicit̄. Sciens itaq̄ ihs oia que ventura erāt super eum. Tertio cognouit oñia martyria suplicia oñia ⁊ oñes labores ⁊ oēs q̄ vsq̄ ad finē seculi futuri sūt. quoꝝ omniū ipe caput erat. Et hec omnia supradicta ⁊ oēs duodecim duplicatas rōnes et aspect⁹ earū: de q̄bus statim subdemus: simul pleni⁹ clariusq̄ magꝭ distincte vidit ⁊ cognouit quā aliq̄ mens hūana posset itelligē aliq̄d singulare.

Tria sunt ex quibus formet̄ mentalis crux christi.

Secūdo ꝯsideremus magnitudinē occasionū sez crucis eius. Tria siq̄dē fuerunt semp in xpo ihu in hō seculo quo aduixit. ex q̄bus est formata mētalis crux ei⁹. Primū fuit imensus amoꝝ. secūdū imēsus doloꝝ. tertiū q̄ fuit imensū gaudiū. Nam sic duo ligna se intersecātia cōstituunt crucem que in medio clauo nectunt̄. Sic doloꝝ ⁊ gaudiū constituerūt xpi mentalē crucē vt gaudium erigatur in altum ꝓpter honorē diuinū: ⁊ doloꝝ in trāsuersum ꝓpter nostrū flagitiū ⁊ hec duo in amore ꝗsi in clauo medio nectunt̄ aut potius ab ipo amore illa duo eq̄liter oriūt̄ tanq̄ a ꝑncipio radicali. Primo ergo mensura ab oi creatura imensurabilis dñici crucis fuit imensus amoꝝ a quo ꝓcessit. Nam tāta extitit. q̄tus ad deum ⁊ ad primū. amoꝝ fuit. quia eñ fuit vnitus vbo ꝑsonali vnione: tota capacitas nature ipius q̄ ex ꝑsonali vnione dilatata extitit tota amore repleta fuit. imo tota fuit amoꝝ i verbo. Secundo etiā mēsura ⁊ magnitudo dñice crucis tanta fuit: quātus extitit doloꝝ in mēte eius ⁊ pena in carne. Prō cuius intellectu sciēdum est ꝑm Alexā. de halis. in. iij. q̄ doloꝝes xpi fuerunt penales maxime ꝓpter duo. Primo quia erāt cōtra naturā patientis. secundo quia erāt cōtra voluntatē naturalē sensualitatis. Insup est notandū q̄ differūt materialiter a doloꝝib⁹ pene. naz pene variant̄ in corporis mēbris ꝑm ipaꝝ penaꝝ diuersitatez ⁊ mēbrorum viuacitatē. ⁊ sensibilitatē. Doloꝝes vero variant̄ in mēte ꝑm ei⁹ viuacitatē atq̄ naturalem ⁊ accidētalē dispositōez. Necnō ⁊ ꝑm varietatē obiectoꝝ ipoꝝ doloꝝ: nihilomin⁹ mēbroꝝ pena in mometo p doloꝝē mēti cōmunicat̄: atq̄ doloꝝ mētis q̄si absq̄ mora p penam ipi corpi habet cōmunicari. Ex q̄ ptz oēs mētales dolores q̄ ab instāti ꝯceptionis fuerūt in mēte eius p indicibiles ac variatas penas resoluebant̄ in corpus suum sanctissimū. ꝑm diuersoꝝ obiectoꝝ suoꝝ doloꝝum. necnō ⁊ omnes eius corpales pene ꝑm earū diuersitatem et acerbitatez in eius mentales dolores modo inexplicabili resoluebant̄. Deniq̄ q̄tum deū ⁊ primū adamauit: tantū sicut infra dicet̄ de iniurijs iniuriati atq̄ iniurijs doluit ⁊ penā sensit. Tertio imēsurabilis mēsura ⁊ magnitudo dominice crucis fuit imēsum gaudiū ipius xpi. Naz ꝑm Alexan. de halis in. iij. Propterea fuit meritoria quia in parte rationali sicut volitum ⁊ placitum. Inestimabile tamen erat gaudiū. quia delectatio i superiori pte anime eius in qua scilicet fruebat̄. Nam q̄tuz dilexit deum ⁊ primum. tm̄ dolebat ⁊ letabatur de iniurijs offensi ⁊ offensoris. nō vtiq̄ fuisset ꝓtuosus doloꝝ nec etiā gratus deo si doluisset inuitus. q̄nimo sicut alijs fruebat̄ virtutib⁹: sic et ista fruebat̄ suaꝝ virtutuz sūma. Proinde in hunc doloꝝē sicut in rem sibi placidissimā. et a se inestimabiliter ꝑdilectam. toto mētis fereba tur conatu. Amplius addi pōt q̄ lz odiret dei iniurias. rāq̄ sūme impie ⁊ iniquas: tamē gaudebat ⁊ conabat̄ tota volūtate illa mala odire et quod mirabilius ē in hoc respectu nō min⁹ doluit p malis demonū et dānatoꝝ lz redemptio ad eos nō trāsiret: q̄ ꝓ culpis electoꝝ suoꝝ. imo tāto ampli⁹ quāto maioꝝ malicia maioꝝq̄ iniuria dei ꝓtinebat̄ in eis.

Duodecim sunt gradus quare incomprehensibilis est mentalis crux christi.

Tertio considerem⁹ multitudinē rationum. scilicet ex quibus doloꝝ eius tāte magnitudinis fuerit. q̄ apō humanam ⁊ angelicam intelligentiā incomprehensibilis erat. Hoc quidem doloꝝe sicut ꝑdictuz ē ab instanti sue cōceptionis dum vixit in carne mortali semp mens ei⁹ plena fuit. ac p multas

ac varias penas i organo sui humani cē resoluebaſ. Fm varietatē obiectoꝝ diuersoꝝ sicut ptactū est Et lz multe huiꝰ doloris rōnes dari possint. tñ duodecim fructꝰ ligni vite merito dici possunt. Hoc siqdem lignuz qđ xps est extraqꝫ pte fluminis. scz humanitatis pmerentis ⁊ diuinitatis meritū dilatātis. p singulos mēses afferebat hos duodecim fructꝰ. id ē. fructiferas rōnes sicut Apoc. xxij. mystice designatur. Ad quos gustandū hortaſ apostolꝰ ad Phiſ. iij. cum ait. Hoc eñ sentite in vobis qđ ⁊ in xpo ihu. qui scz videndo pterita psentia ⁊ futura ppter duodecim duplicatas rationes amando dolebat ⁊ letabaſ ex amore dolore et gaudio q̄si dicat apostolꝰ. Non tñ cum vno sensuuz anime vestre scz visus aut gustus. sed etiam cū omnibꝰ quinqꝫ sentite eius amorem. eius dolorem eius gaudium in dolēdo. ⁊ hoc potest esse thema i festo sancte crucis. Has igitur duodecim fructiferas rōnes p ordinez sub iūgamus. Prima ratio est offensionis. secūda est ignorationis. tertia refectionis. quarta reuerberationis. quinta cōpassionis. sexta incisionis. septima deformatiōis. octaua fornicationis. nona cōtritionis. decima ꝑuationis. vndecima obligationis. duodecima abbreuiationis. Unde merito ppheta in psona domini ad patrem ait. Omnes fluctus tuos induxisti super me. glosa. id ē. omnes passiones. Et alibi idem ait. Veni in altitudinē maris scilz amaritudinum. ⁊ tempestas scz mortis demersit me Loquiť xps mortuus p euidentiā facti. Erige iā mentis oculos anima deo deuota ad crucis christi triumphale vexillū ⁊ tres suauissimos fructus huius suauissimi ligni. seu tres lapides p̄cios atqꝫ splendētes contēplare i sūmitate illius. ⁊ tres in dextero eius cornu aliosqꝫ tres i sinistro. ⁊ in imo ipius crucis alios tres. Et vt p̄dicti duodecim fructus diuisi seu partiti medullitus ⁊ auidius saperenť. q̄libet p̄dictarum rationuz diuidatur in duas: vt sic duplicate duodecim rōnes inexplicabilis crucis xp̄i in vigintiq̄ttuor rōnes consurgant q̄si vigintiq̄ttuor horе naturalis diei in q̄bus speculādo cōuersabat ur ⁊ cruciabaſ filius dei iesus iuxta vaticiniū Zach. qui ca. xiij. ait. Est dies vna que nota est dño ⁊c̄.

Articulus primus prime partis q̄ re crux christi fuit incomprehēsibiliū dolorum atqꝫ penarum. primo autez ponātur tres prime rōnes. Cap. I.

Prima ratio est offensionis. Duo quidem aspectus continue erant in mente ihu. Primus ad dilectū deum. secundus ad dilectum primū. Primus respectꝰ erat ad dilectum deū. Proinde q̄tum dilexit eternum patrē: tantū doluit de qualibet offensa eius. ⁊ quantū dilexit eterni patris gloriam tantū doluit peccati cōtra euz ignominiā Amplius tantuz dolorem sūpsit p qualibet culpa quantū erat grauis eterni p̄ris iniuria. ⁊ quātum requirebat emenda. Et si vnius mortalis iniurie infinita est grauitas. quāta erit tūc omniū simul. Ad quālibet q̄dem culpam seu iniuriam seu cōtumeliaz lūmi patris habuit singularem aspectuz. Sume tibi exemplū de filio ſū mi impatoris. qui si dilectum patrem cerneret a vilissimo ribaldo p lutum et stercus p capillos ⁊ barbam contumelioſe trahi ⁊ pugnis et calcibus os ⁊ faciem eius cōtundi: quanta ista amaritudie repleret ⁊ vti qꝫ q̄tum diligeret eū ac quāto ignominiosius tractaret. Multo q̄dem id pfectius erat in christo. vt ex se patet.

Secundus christi aspectus erat ad dilectū primum. vnde q̄tuz dilexit eos qui suū offendebant patrem. tantū dolebat de tali offensione. Et vt sequamur exemplū filij p̄dicti impatoris si tanta dilectione filius ille ad ribaldū afficeret. q̄ se in eū cordialiter trāsformaret vt q̄si sibi ac si illa fecisset imputaret ad penā. quātus dolor multiplicaret in corde eius? Pro p̄dictis duobus aspectibus ppheta ait. Fiāt filij eius orphani: ⁊ vxor eiꝰ vidua. In quo vero duplex vidue indicaſ dolor. Primꝰ ē mors mariti. secūdus quia orbati patre sūt eius filij: vt mystice innuaſ duplex p̄dictꝰ amor ad deum ⁊ primū ⁊ dolore de mortali offensa dei ⁊ damno offendētis primū.

Sequitur secunda ratio ad idem. Capitulum. II.

Secunda ratio est ignorationis. duo alij aspectus erāt in mēte ihu circa humanum genus. scilz quia videbat illud ignorare duo. Primo q̄tum fuit beneficiū sue humanitatis. Secūdo quātus fuit in assumēdo humanam naturā amor sue imensissime charitatis. qui scilicet eum humanari fecit. Has igitur ignorātias in humano genere semper christꝰ recognoscens tantū dolorē in mente sua de illis sumpsit. quantū erat beneficiū sue humanitatis et quāta fuit in hoc magnitudo sue charitatis cum qua ⁊ carnem assūpsit ⁊ p nobis in cruce mori voluit. Et q̄ natura hūana vel angelica exp̄mere posset magnitudinē beneficij assūptionis nostre hūanitatis in ꝺ erga nos sue imensissime charitatis? Proinde Ambro. ait. Tristis erat qz puulos nos relinq̄bat. puulos inquit. id ē. de vtroqꝫ beneficio ignorātes.

Tertia ratio ad idez Cap. III.

Certia est recessionis. Duo alij aspect⁹ erant in mente christi. Primus quo i/ telligebat magnitudinem pene ex q̄ debebat mors inferri. Secundus quia cognosce bat q̄tum seip̄m diligebat qui debebat mori. Ex hoc duplici aspectu in mēte eius tātus ge/ nerabatur dolor quāta erat pena ex qua mori turus erat Et quātus erat amor quē ad seip̄m habebat. Et ꝺ̄ duplici aspectu Mat. xxvj. domi⁹ ait. Tristis est anima mea vsq; ad mor tem. scz qua video penā quā debeo sustinere z amorem quo me diligo z teneor me diligē. Et quia nullus in humana nutura neq; totus hu manum genus sufficiebat hoc intelligere z sibi compati atq; sibi regratiari. Ideo vice omniū electorū sibijpsi condoluit sicut deo in assūpta natura p humano generi patiēti. Unde sicut in alijs sic z in hoc omniū elector⁹ suor⁹ supple uit defectuz: totū se relinquēs in gratiarūacti/ one z sibijpi de tanto beneficio electis collato z in seipo nos omnes fecit recognoscentes: in quo z nos reputamur plene grati de beneficio redemptionis z causa cōcrucifixi similitudini mortis eius.

Articulus. II. prime partis vbi po/ nunt tres rōnes q̄re dolorum z pena rum crucis xpi fuit incōprehēsibilis magnitudo.

Ecūdo addunt alie tres rōnes.

Quarta rō est. Cap. I.

Prima ratio est reuerberatiōis. Duo alij aspect⁹ erāt in mēte domini nostri ihu christi. Primus ad sue dulcissime matr̄ amorē. secūdus ad sue amorosissime ma tris dolorē. Quia em̄ intelligebat dulcissimaz matrē suam sup omnes alias creaturas ex suo amore incurabilib⁹ doloribus plenam: tantū in mente sua dolebat quātū amorosissimā matrē suam diligebat. z quāti erant dolores in corde virginis matris. sed cū beata virgo in cogniti one omniū dolor xpi illustrata fuerit. z i cha ritate pfecta ad filiū fuerit sublimata. tantū de eis doluit quātū id status materne excellentie req̄rebat. z hi materni dolores ꝓtinue mentez filij sagitabāt. Proinde Jeremi. Treñ. j. in p/ sona domini ait. O vos oēs q̄ trāsitis p viā attēdite z videte si est dolor sicut dolor meus scz hoc duplici aspectu ꝓsiderato.

Quinta ratio. Cap. II.

Ecūda ratio est cōpassionis. quia em̄ xp̄s caput erat omniū electorum. Duo q̄ alij aspect⁹ erāt in mēte eius Prim⁹ ad oēs martyriū penas. secūdus ad aliorū saluādor labores z meritoria opa. Ex hoc ꝺ̄ duplica to aspectu tātus in anima ei⁹ generabat dolor quāte erāt omniū alior⁹ iustor⁹ laborioseatq; meritorie opationes: nam omniū martyrū do lores p cōpassionē ita suscepit ihs xp̄s q̄ mul to ampli⁹ z dolorosi⁹ fuerant infixi corde eius q̄ in martyrib⁹ q̄ illa supplicia sustinuerūt nec nō z omniū elector⁹ labores nō solū in genera li excepit in corde suo. ꝺ̄ etiā singulariter singu los multo distincti⁹ atq; pfecti⁹: q̄ illi q̄ p suo nomie illos sustinuerūt. Proinde in p̄sona do mini de ꝺ̄ duplici aspectu ppha ait. Sicut aq̄ effusus sū. z dispersa sunt oīa ossa mea. Ossa q̄dem fortia martyres extiterūt: q̄s ꝓpter tor/ mēt⁹ asperitatē dispsos dicit. Alij vo electi quasi gutte sudoris xpi. ꝓpter labores eor⁹ ꝺ̄ ei⁹ corpe effusi sunt. q̄ oēs in xpi sāguineo su dore mystice demōstrant. nā sāguis ad marty res z sanguine⁹ sudor ad ceteros electos et iu/ stos ꝓueniētius adaptaripōt.

Sexta ratio. Cap. III.

Certia ratio est incisionis Alios quoq; duos aspect⁹ habuit filius dei christ⁹ Primū ad oēs mortales culpas. secūdū ad oēs infirmitates nostras. Ex ꝺ̄ duplici aspe ctu tm̄ i anima sua dolebat. quot z quāte erāt mortales culpe p quas p̄scindebant membra ei⁹ ab eo: z quot z quāte erāt infirmitates mē tales z corpales suor⁹ p̄ciosor⁹ membror⁹. Et de hoc duplicato dolore Jeremias ait. Foris interfecit gladi⁹ scz mortalis culpe mēbra chri sti p̄scindētis: z domi mors sīlis est. videlicet cuiuslibet infirmitatis mēbrū quodlibet infir mātis. Stupendū q̄dem excessum dolor⁹ su/ mit ratio supradicta ex respectu gratie capitis quo redēptor z emēdator est oīs mali q̄ in flictum fuit p pctm̄. Ideo sumpsit ihs hec ola lamētanda z deplorāda vt sua: non quidem ad cōmittendū. quia peccatū non sumpsit. sed ad pfecte soluendū z satisfaciēdū: quia ad hoc venit in tantū q̄ oīuz p̄sonā induens p oībus satisfecit. Proinde mystice dici p̄t q̄ ipe est il le magn⁹ peccator z penitentiari⁹ p oībus z i oībus. p cui⁹ penitētia gaudiū est in celo plus q̄ sup omnibus ordinib⁹ angelorum qui digna penitudine non egerunt.

Articulus. III. prime partis vbi po nūtur tres alie rationes ꝓpter quas dolores z pene crucis xpi incomprehensibiles extiterunt.

Certio supaddunt alie tres rōnes.

Septima ratio

Prima ratio est deformatiōis. Etiam alios duos aspectus habebat christ⁹ i anima sua. Prim⁹ erat ad anime ima ginem. secūdus ad anime sīlitudinē. Proinde videns horrēdā deformitatē quā ꝓsequit̄ ant

ma ex ppetratiõe mortalis culpe tãtum doluit de illius deformitate. quãta erat nobilitas seu formositas imaginis aĩe ad imaginem dei formate: ꝛ quãta erat excellẽtia sĩlitudinis in illa Vñ Hieremias Thren. iiij. admirãter stupefactus i psona dñi ait. Denigrata est super carbones facies eoꝝ scz quãtũ ad imaginẽ ꝛ q̃tũ ad sĩlitudinẽ. Cũ eñ xps eẽt legitimꝰ aiaꝝ spõsus pfecte diligens animarũ decorẽ. in doloribus ꝛ angustijs suis totũ se reliq̃t et p cineres malicia ꝝ nostra ꝝ infudit. vt faceret de se lauacrũ ad lauandũ ꝛ delendũ tantã turpitudinez ac maculam peccatoꝝ imaginis ꝛ sĩlitudinis anime nostre. Et quis exp̃mere posset dolorez anime christi cõspicientis horrendã turpitudinem macula ꝝ nostra ꝝ anima ꝝ.

Octaua ratio. Cap. II.

Ecũda ratio est fornicationis. Duos quoq; alios aspectus habebat xps in anima sua. Primus erat ad amorem q̃ animas spõsas suas amabat. secũdus ad multitudinẽ animaꝝ seu sponsaꝝ suaꝝ quas diligebat. Videns igit̃ christus q̃tum anime ꝓponebãt creaturaz ipi oiuz creatori. ac p hꝰ spũales fornicatiões ꝓsiderãs tantũ dolebat: q̃tuz eas sicut spõsus amabat. et quot erant anime fornicãtes. Vñ Hieremie. iij. in psona xpi spõsi eaꝝ inq̃t. tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis. Cõsidera p exemplu z si q̃dam rex magnus ꝛ totus forma decorus ꝛ i oĩbus donis ꝛ gratijs cõpletissimꝰ circũisset mare ꝛ aridam p vna sibi acquirẽda spõsa. ac reginã nobilissimã ꝓstituisset. ꝛ illa in oculis suis quẽdã ribaldũ ꝛ leprosũ accipet ꝛ amaret. ꝛ de stercoribꝰ totã suaz faciem deturparet. ꝛ sic diceret spõso suo deosculare me. qz in alia forma me habere non poteris nil eẽt dolor illius spõsi. respectu illius doloris xpi ppter maculas sue spõse cuz diabolo fornicãtis ꝛ turpissimã spõso deo mẽtis faciem ostendentis.

Nona ratio ad idẽ. Capitulu. III.

Ertia ratio est ꝓtitiõis. Duos alios aspectus habuit in mente ihs Primũ ad imaginẽ peccatoꝝ. secũdũ ad multitudinẽ eorũ. Et hoc duplici aspectu in mẽte sua tantũ dolebat de offensionibꝰ damnandorũ: q̃tum erat peccatoꝝ multitudo. Proinde Hieremias Thren. ij. ait. Magna est velut mare contritio tua. Nam magnũ est i quãtitate. ꝛ multũ in guttaꝝ numerositate. Et si vniꝰ mortalis culpe tãta grauitas ẽ: quãta crit tũc omniũ sil̃? Ad q̃libet eñ mortalem culpã dolor suus habuit respectu singularẽ. Preterea cum ipse venerit gratie regni repator et culpa mortalis q̃tum in se est totũ regnũ gratie delet. Hic ẽ q tm̃ quodlibet mortale horrere habuit et p eo dolere. q̃tuz magnitudo ꝛ multitudo peccatoꝝ mortaliũ regnũ gratie delet. Et cum ipe fm suũ esse q̃si totaliter gr̃a videatur nõ eñ ꝓceptus ẽ naturali ope sꝰ diuio spiramine. Hic ẽ q habuit horrere culpã sicut destructiuã totaliter sui esse. ꝛ sue intẽtiõis in assũptione humane nature. Item cũ ipe venerit vt soluto r oĩuz debitoꝝ nostroꝝ. ꝛ vt liberator aduenerit eternis penis. Ido vt nos de oĩbus liberaret q̃ p qualibet mortali culpa tm̃ dolere habuit. q̃ dolorẽ diuine iusticie exolueret correspõdẽtẽ hoc siq̃dem req̃rebat diuine iusticie inflexibilis rectitudo ꝛ ipius redẽptoris in rõne satisfacienduz integerrima plenitudo. vt sic nihil remaneret a diuina miscõia ac p hoc vtraq; honorare ẽ in sua excellentia.

Articulus. IIII. primeptis. vbi etiam ponũt alie tres rõnes q̃re incomphẽsibiles fuerũt dolores ꝛ pene xpi

Decima ratio ad idem. Cap. I.

Rima ratio est ꝓpatiõis. Duos q̃ alios aspectus habuit in mẽte xps. Primũ ad gl̃iam beatoꝝ. secũdũ ad durabilitatẽ eoꝝ. Tm̃ ergo doluit dñs nr̃ ihs xps aspiciẽdo oĩes q̃ ppter peccatũ exules erant a gl̃ia padisi: q̃tuz erat bonũ regni gl̃ie quod amittebãt. ꝛ q̃tum duratura erat talis ei? ꝑua tristis erat ꝛ h ppter primũ. ꝛ tristis videbat et h ppter scõm nõ ꝑ sua passione ꝛ p nr̃a dispõe O inestimabilis amor xpi ꝓsidera cuz q̃to affectu ppter nos inimicos suos sibi totis viribus repugnãtes sine sua vtilitate tot ꝛ talia toleranda currebat ad crucẽ Ideo Luce. xij. ait Baptismo habeo baptisari. ꝛ quomodo coartor vsq; pficiatur.

Undecima ratio. Cap'lm. II.

Ecunda ratio ẽ obligationis. Alios q̃ duos aspect? habuit xps filiꝰ dei. Primus erat ad suplicia damnatoꝝ. secũdus ad odiũ inter deũ ꝛ peccatores dãnãdos irreuocabiliter generatũ. qz tm̃ in mẽte doluit ꝑ eternalit̃ cruciãdis. q̃tũ erãt tormẽta q̃bus erãt eternalit̃ cruciãdi ꝛ q̃tũ erat odiũ int̃ deuz ꝛ eos eternalit̃ generatũ. Hic Hieremias. iij. ipsona dñi ait. In tenebrosis collocauit me. ecce pmũ: q̃si mortuos sempiternos ecce scõm.

Duodecima ratio. Cap. III.

Ertia ratio ẽ abbreuiationis. Alios i sup duos aspectus habuit in mẽte sua xps. Primũ ad meritũ sue sanctissime passionis. Scõm ad fructũ sue sanctissime cruci ppter qđ tm̃ in mente sua doluit q̃ non potuit impetuũ cruciari q̃tum itelligebat se dolẽdo

mereri ⁊ ꝯtum cognoscebat suum meritum in fructu augmẽtari. ℙroinde dolendo p aliquẽ modum ꝙ non potuit eternaliter cruciari me/ruit apud patrẽ tanꝯ si fuisset eternaliter cru/ciatus. Ideo Esa. liij. ipe ait. Vere languores nostros ipe tulit: ⁊ dolores nostros ipe portauit: ergo vt acquireret nobis suam gloriã sempiternã in deo. deũ cõstituendo ꝓ voluntatez ⁊ desideriũ dilatabat totam vitã suã ad quodam viuere infinitũ. ⁊ ad tolerãtiã infinite maneriei mortis cõmunicãdo se totum ad ꝯlibet ꝓdictarũ. xxiiij rationũ: ⁊ ad obiectũ cuiuscũ ꝯ mortalis culpe vt suo eterno patri ꝑfectius satisfacẽt cuiuscũ ꝯ peccatoris: vt nos ꝑfecti/us cum deo pacificaret. ⁊ cuiuscũ ꝯ corone. vt nobis eaz ꝑfectius fabricaret. sed ⁊ pater suus eternus suam dilatatã ⁊ infinitã voluntatẽ. ac si opere ꝑfecisset pleniſſime acceptauit ad omne id ⁊ ad ꝯtum volũtas eius dilatabat. In his duodecim rationib⁹ duplicatis ꝓdicta clarescere potest ꝙ ꝓ quolibet rõne crux christi tam imensi doloris fuit: vt p eam apud intellectum humanũ multiplicent pene infinitaruz manerierũ mortis. Tria autẽ obij possunt ꝙ mẽtalis crux christi nõ sic fuit imensi doloris. ℙrimo obijcit ꝙ christus tam aperte et clare itelligebat ꝙlibet rõnes ꝓpter quas peccatores ineternũ piclitant multaꝯ alia a deo pmissa ꝓpter que mens eius sicut dictum est cruciabat: ꝙ non debebat mens illius a paterna voluntate in aliquo discordare Naz manifestum est ꝙ omnes celestes ciues volũtati diuine in omnib⁹ sunt ꝓformes. ℘ ⁊ christ⁹ viator ⁊ comprehẽsor erat: ex quo patet ꝙ amplius ꝯ ceteri beati diuine voluntati cõformis esse debebat. Ad quod dicendũ ꝙ volũtas xpi duo habuit obiecta. ℙrimuz erat diuinitas dei. scõm erat sensualitas sui ſm primũ obiectũ cõformabat beneplacito dei. attamẽ pars eius voluntatis q̃ ꝓuertebat ad sensualitatẽ illius: tristabatur ⁊ gaudebat amplius ⁊ minus ſm sapientiam suam iuxta ꝓportionẽ obiectorũ ⁊ aspectuuz ad quos mens sua ꝓuertebat. ℙreterea etiaz dici potest ꝙ pater etern⁹ hoc volebat. videlicet ꝙ filius su⁹ dolorib⁹ repleret atꝯ doleret. quõ ⁊ ꝯtum ipe dolebat de his que in gloriã diuine iusticie vertebãt Nam inꝯtuz erat homo p doloris patientiã merebat. Nam ipe nõ ob aliam causaz carnẽ nostrã assumpserat. nisi vt debita nostra solueret. merita nobis acquireret. ⁊ ꝑmia eterne glorie largiret. Secundo autẽ obijci põt ꝙ hmõi christi dolores de quibus dictũ exurgant. ⁊ multiplicent in pena infinitaz manerierũ mortis. Sed ⁊ christus nisi semel non poterat mori. ⁊ de necessitate sequit ꝓpter duodecim duplicatas rõnes predictas ꝙ ꝑdicti dolores debebant eum in momẽto ⁊ subito interire. nec maiorem penam ꝯ mortez non poterat sustinere. Ad hoc dicendũ ẽ ꝙ homo ex dolore mori nõ põt nisi dolor cõmunicetur sensibus corporis: ⁊ eius ptibus sensitiuis Sed christus ita realiter ꝑdominabat inenarrabilib⁹ doloribus suis ꝙ nõ ꝑmittebat eos cõmunicare sensib⁹ sui corpis: nec pti alicui sensitiue. ita ꝙ ante tẽp⁹ ab eo ꝓordinatũ possent illum corpali vita ꝑuare. Erat nihilomin⁹ i potencijs anime christi ℣tus tanta atꝯ potestas et dominiũ liberi arbitrij tenendi omnes suas potẽtias fixas incõtinua adherẽtia omniũ supradictorũ aspectuum ⁊ obiectoꝝ: ꝯta requirebat rigor diuine iusticie ⁊ rectitudo ℣tutum mentis sue ⁊ reatus culpe ⁊ malicie nostre. In sup tertio dici põt ꝙ homo ex vario respectu sepe de eadem re letat ⁊ ꝓtristatur: sicut patet verbi gra de filio cuiusdaz rõnabilis patris sacram religionẽ intrante. Nam talis pater ſm sensualitatẽ tristat ꝙ dilectus fili⁹ suus a se recedat ⁊ ab eo taliter seperet: attamen virtuose letat. quia videt illum dicatũ seruitio dei Igitur si virtuosus pater ex eadẽ re dolere potest ⁊ gaudere. ⁊ sensibus sui corpis et ptibus sensitiuis ex diuerso respectu cõmunicare dolorẽ ⁊ gaudiũ. Sequit. Ergo ꝙ ex eadez re homo plus et minus gaudere potest. ℘to ergo pl⁹ dominus ihs in ℣tutibus sũmis de eadem re poterat vario ex respectu amplius vel minus dolere atꝯ etiam in sũmo gaudere. ℭnde etiã ſm Aug⁹. libro ð spiritu ⁊ anima ait ꝙ anima dupliciter consideratꝝ. Uno modo vt anima. ⁊ sic habet relationẽ ad mẽbra que viuificat. ⁊ hoc christ⁹ patiebat. Alio modo cõsideratꝝ vt spũs. ⁊ sic fruebat nec dolebat. Tertio obij potest vt in xpo homine ꝓcognitiõ humane salutꝝ quã sequi ꝓuidebat ex sua morte et supne restauratiõe. s. ciuitatꝝ ⁊ acceleratio resurrectionis. tertie diei. ⁊ acceptatio volũtatis paterne. necnõ honor ꝑdicãdus. in populo charitatis sue debuerũt minuere christi dolorez in eius mente. ⁊ sic nõ tam imense dolere. Ad qõ dicendũ ꝙ omnia ista debuerũt ei augere dolorem cũ em hec omnia ex xpi dolore debuit xps assumere. ⁊ tantũ debuit sibi diuina sapiẽtia infundere quãtũ sufficiebat ad supradicta omnia acq̃renda. ℙreterea si non fuissent de sua morte tales gratie subsecute. nunꝯ voluisset nõ solũ tm̃ dolorẽ: ℘ etiã nihil dolorabile sustinere. ℙroinde ꝯto videbat vicinꝝ resurrectõez suã instare. tãto nouit ꝙ ꝑpassibilis vite tẽpore. ⁊ maxie passiõis illate ampliorẽ oportuit angustiã sustinere seu assumẽ vt posset illoꝝ dolorũ a diuina iusticia mẽsurã imẽsurabilẽ adimplere Et qz sic ex dictis circa ꝓncipiũ hui⁹ ſmõis

patet. dolor in amore cõmensurabat: vt q̃tus est amor alicui⁹ tantus sit dolor de illi⁹ offensa ꝛ xp̃s vnione diuina inestimabilit deũ amaret. hoc ꝑo in q̃tum passibilis erat habuit dolere. ita absq̃ mẽsura amabat. vñ ad intelligendu3 causã hui⁹ imensurabilitatis imaginare: si eẽt vn⁹ de⁹ infiniti doloris: sicut ẽ vn⁹ de⁹ infiniti amoris: ꝛ ille de⁹ vniret xp̃o scz psonali vniõe ꝛ sibi dolores infunderet cogita q̃tũ doleret. Sic aliq̃liter videri ꝑt quõ dolores xp̃i inesti/mabiles extiterũt Verũtamẽ circa hoc aduertendũ est ꝑm Alexan. ō halis in. iij. q tria fue/runt in dño nr̃o ihu xp̃o scz corpus aia ꝛ diui/nitas. ꝓmo corpus qõ fuit passibile simplicit. Secundo aia q̃ erat impassibilis simplicit: tñ erat passibilis ꝑm quid. vñ ꝑm Damas. aia im passibilis exñs corpe inciso ipa ꝓdolet ꝛ cõpa tit nõ incisa Tertia diuinitas q̃ erat icõpassibi lis ꝛ impassibilis. vñ Damas. Diuinitas incõ passibilis exñs corpi xp̃i non ẽ cõpassa. sic sole suplucẽte i ligno si securis icidat lignũ incisibi/lis ꝛ ipassibilis remanet sol. Insup ẽ notãduz q dria ẽ inter pati xp̃m: et pati nr̃m. Nam ꝑm Hyla. x. de trinitate. Et pati ex infirmitate: ꝛ ẽ pati ex ptãte: q eñ patit ꝛ nõ ꝑt phibere pas/sionẽ. patit ex infirmitate q aũt phibere põt: patit ex ꝛtute. Vñ Damas. ait. Passus ẽ vni/genit⁹ de⁹ oẽs icurrẽtes in se passionũ nr̃az in firmitates. ꝑ passus ex virtute fue nature. sic ꝛ ꝛtute nature nat⁹ ẽ. nr̃m autẽ pati ẽ ex infirmi tate ꝺ Alexã. de hal. Proinde Esa. liij. ait de xp̃o ihu. Oblat⁹ ẽ q ipse voluit. Et ad Eph. v. dr. Tradidit semetip̃m ꝓ nob ĩ oblationem Itẽ ppha ait. Volũtarie sacrificabo tibi. atq illũ querentib⁹ se obtulit dicẽs ego sum.

Scda ps principalis dñice passionis ō humilitate excessiua et ꝓfusiõe passiõis xp̃i ostẽsa ẽ ꝑ q̃ttuor causas principales ꝛ multiplices rõnes.

Secũda pars ꝑncipalis circa dñicam passi onẽ ꝓtemplemur incõprehensibilẽ abyssũ hu-militatis q: sũma veritas de se ꝑ ppbetã sub iungit dicẽs. Hũiliat⁹ sũ nimis. q. dicat excessi in hũilitate. vñ Luc. ix. dr. q in trãsfiguratiõe dñi ihu apparuerũt Moyses et Helyas visi i maiestate ꝛ dicebant excessũ eius quẽ cõpletu rus erat i hierlm. q: ibi cõplete ostẽdit amorez excessiuũ quẽ habebat ad nos: ꝓpter quẽ assũ psit ꝛ sustinu t non solũ excessiuũ dolorẽ ꝛ pe-nã sic ꝓdictã ẽ. verũetiã excessiuã ignominiaz ꝛ ꝓfusionẽ sicut nũc dicturi sum⁹. Nã q sũm⁹ de⁹ tali morte dãnatus sit abyssus fuit stupen de humilitatis. ꝺ ẽ eñ ille excessus ꝛ transgres-sio: de q̃b⁹ hũano generi ꝑ Hieremiã Threñ. iij. dñs ait. Recordare pauptatis ꝛ trãsgressi/onis mee. q: eoꝝ memoria suꝑpoꝛẽ imẽse dile-ctionis dei erga nos manifeste ingerit mẽti. vt merito dicat hũiliat⁹ sũ nimis. Tanta q̃ abys-sus hũilitat aliq̃liter cõphendi ꝑt. si cõsidere/mus q̃druplicẽ causã dñice passionis. Primo causã a q̃. scdo causã ō q̃. tertio causã ꝑm quã. q̃rto causã ad quã. Prima cã a q̃: ꝛ cã efficiẽs. scda cã de q̃: est cã materialis. tertia cã ꝑm quã ẽ cã formalis. q̃rta cã ad quã. ẽ cã finalis. Con siderem⁹ q̃ ꝓmo circa dñicaz passionẽ causam efficiẽtẽ. scdo causã materialẽ. tertio causã for/malẽ. q̃rto causã finalem. Et iuxta has q̃ttuor causas ꝑm q̃druplicẽ intellectũ loquit xp̃s di cens hũiliat⁹ sũ nimis. ꝛ in q̃libet arti. huius ij ꝑtis ꝑt eẽ thema aliud ad loquẽdũ ō abysso hũilitatis passionis xp̃i ihu.

Articul⁹ primus scdm ꝑtis in q̃ septẽ rationib⁹ demõstrat magnitudo ob probrij mortis xp̃i ex respectu ꝛ causẽ efficiẽtis.

Primo inq̃z dicit: hũiliatus sum nimis ppt causã efficientẽ. vt aliq̃liter aũt in telligas stupẽdã abyssũ hũilitatis passiõis xp̃i ꝓtẽplare ei⁹ causã efficiẽtẽ q̃ fuit causa sue mor-tis. ꝛ in ea repies stupendã abyssũ obprobrio sissime mortis. ꝛ ꝺ septẽplici respectu seu ex se-ptẽplici rõne. Primo rõne religionis. scdo ra/tione pfectiõis. tertio rõne cognitiõis. q̃rto ra tione vnionis. q̃nto rõne sollicitudinis. sexto rõne ingratitudinis. septimo rõne familiaris ꝙuersationis.

Primaratio. Capitulũ. I.

Primo inq̃z rõne religionis fuit mors xp̃i abyssus obprobriosissime hũilita-tis. solũ eñ iudaic⁹ ꝑps erat in toto orbe terra rũ sb cultu vnius dei atq dei ꝑps appellatus. Magis eñ vituperiũ ẽ a verũ deũ colentib⁹ q̃z ab idolatris ꝛ infidelib⁹ pati. ideo i ꝑsona dñi ait ppha. Amici mei ꝛ primi mei adũuz me approp̃inq̃uerũt ꝛ steterunt. Vlt eñ amici mei scz ppt cultũ vni⁹ dei: ꝛ primi mei: q: ex semi ne abrae aduersũ me approp̃inquerunt. scz pse/quẽdo ꝛ steterunt scz victores ꝓtra me. me vi delicet crudeliter occidendo.

Scda ratio. Caꝑm. II.

Secundo rõne pfectionis. Obprobrio sius ẽ mala ppeti ab his qui religiosi ꝛ status pfecti et sancti estimantur: q̃z a secularibus ab ethnicis ꝛ publicanis. pharisei aũt religiosioꝝ ꝛ pfectioꝝ status estima bant ĩ vntuerso populo dei. ꝛ maxime opere illoꝝ mortu⁹ ẽ christus. Nam Joh. xviij. In terrogante eos pylato atq dicẽte quã accusa-tionẽ affertis aduersus hominẽ hunc: respõde runt ꝛ dixerunt ei. si nõ esset hic malefactor: nõ

tibi tradidissemus eū. ꝗsi dicāt. hoc tibi sufficere debet ꝙ nos ꝙ sum⁹ tāte auctoritatis ⁊ estimationis cum tāta solēnitate euꝫ tibi tradim⁹ dignissime morti damnandū tanq̄ reū: vt veri ficet qđ lamētabiliter Ozee. vij. dñs ait. Ego redemi eos ⁊ ipi ꝛ me locuti sunt mēdacia.

Tertia ratio. Capl'm. iii.

Tertio rōne cognitiōis: eq̄dem ceteris parib⁹ ignominiosi ē obprobria pati ab intelligentib⁹ ⁊ peritis. q̄ ab ignorantib⁹ ⁊ indoctis cuꝫ doctoꝝ ⁊ peritoꝝ i malefactis detestatio ⁊ reprobatio fide dignior reputat. christ⁹ autē a doctoꝛib⁹ legis ⁊ scribis voluit reprobari ⁊ cōdemnari vt sꝫ fundaret fidem passionis sue in ꝟtute fidei atq̄ reprobaret sapiētiā huius mūdi. Proinde de talibus doctoꝛibus ⁊ scribis ignoꝛātibus sapiētiā dei ps̄ ait Turbati sunt ⁊ moti sūt sic ebrius scz tē poze passionis ihu xp̄i: ⁊ oīs sapientia eoꝝ deuozata est scz ab inuidia ⁊ feruoze. Sed sic j Cor. j. apostol⁹ testat. ꝙ stultū est dei. s. ignominia mortis xp̄i: sapiētius ē hominib⁹. ⁊ paulo ante inquit. Perdā sapiētiā sapiētiū. ⁊ prudentiam prudētiū reprobabo. p̄ formatā fidē ⁊ mysterium crucis.

Quarta ratio. Cap̄. iiii.

et cõseruãda: ex bonitate diuina que nullũ bonum dimittit irremuneratuz. Proinde Esa. j. ait dñs. Si volueritis & audieritis me: bona terre comedetis. In huius mysteriũ Exo. j. dicit q̃ bene fecit dñs obstetricib⁹ egyptijs que contra pharaonis imperiũ infantes hebreoz̃ seruauerũt viuos. Et de hoc habet. xxij. q. iij. c. si qualibet. Sunt nanq̃ plerique q̃ licet criminosi sint. tñ bona aliqua agere nõ desistũt Nam de de bene acq̃sitis elemosynas largiunt. pascũt famelicos. potãt sitibũdos. colligũt pegrinos vestiũt nudos. & sic de alijs bonis miscẽdis operibus Pro q̃bus eis retribuit dñs mlta tpalia bona. s. tpalem pacẽ. sanitatẽ vite. tpalẽ statuz multoz̃ amiciciã. latam gloriã atq̃ firmã possessionũ fertilitatẽ artiũ seu mercantiarũ felicitatem. rerũ omniũ influentiã. natos pficientes seruos alacres. fecũdos greges. horrea plena. apothecas redũdantes in vita sanitatẽ. in sanitate abundantiã. in abũdantia pacẽ. in pace securitatem. in securitate felicitatẽ. Quoz̃ filij sicut dicit ppha: sunt sicut nouelle plantatões a iuuẽtute sua. Filij eoz̃ cõposite circũornate vt similitudo tẽpli. Promptuaria eoz̃ plena eructantia ex hoc in illud. Oues eoz̃ fetose abundantes in egressibus suis: boues eorum crasse. Non est ruina macerie neq̃ trãsitus. neq̃ clamor in plateis eoz̃: & cetera cõsilia bona. Quedam q̃ deus oratibus negat ppitius: que ꝓcedit alijs q̃bus merito est iratꝰ. Uñ qñq̃ existẽtem in charitate: & orantẽ p aliquo tpali nõ exaudiet. & tñ p illo exaudiet intẽdũ exñti in mortali pctõ. Ad pdicta facit qđ dicit de pe. di. ij. c. cauendũ Ubi dicit de diuite epulone. nisi dines iste aliqđ bonũ egisset: vñ in pñti seculo remunerationẽ accepisset nequaq̃ ei Abraã diceret recepisse bona in vita tua. Et. vj. q. j. Reatimini tpalia bona pmittunt his qui decimas soluũt licet sint in pctis. Et in. c. decime. in. q. iiij. ad hoc idem. Uñ Job. xij. dicit. Abũdant tabernacula predonũ.

Articulus. iij. de vltimis quatuor gratijs ptinẽtib⁹ ad superiora: pctõres opibus bonis adipiscunt.

Tertie quattuor gre que hmõi hoibus a deo cõicant q̃dãmodo ptinẽt ad bona superiora. Quarũ pma dicit gra liberatiua. scda gra alleuiatiua. tertia gra excitatiua. quarta gra glorificatiua.

Quo bona opa pctõris: demones impediũt ne sup eum tantã habeãt potestatem. Cap. I.

Prima q̃dem dicit gra liberatiua. Talia enim opa bona magnũ adiutoriũ pstant ne sup hmõi pctores diabol⁹ tantã habeat ptãtẽ q̃tam. s. alias habuisset. Uñ Eccs. x. dicit. Si spũs ptãtẽ hñtis. s. sathane p malã vitam sup te assũpserit ptãtem: locũ tuũ nõ deseras. i. bonũ tuũ qđ antea solit⁹ facere eras. Et iterũ in. c. xj. in fine idem hmõi pctõri cauet. Attẽde tibi. s. aliqua opando bona a pestifero id est a diabolo. Fabricat enim mala ne forte inducat sup te sublãnationẽ imppetuũ De ptãte vo que diuino iudicio pmittit demonijs eos q̃ sceleratos & absq̃ bono ope viuũt Apoc. vj. mystice dr. Ecce equus rufus Et q̃ sedebat sup eũ qui. s. erat diabol⁹. datũ est ei vt sumeret pacẽ de terra: & vt inuicẽ se interficerẽt. Et datus est ei gladius magnus. Gladius q̃dem h magnus magna eius ptãs est: quã pmittit ei dñs exercẽ sup hmõi pctores. De q̃ Job. xlj. Nõ est ptãs sup terrã que cõparet ei. Propter tñ opa bona deus dimittit vel aufert diabolo ptãtem: ne tñ sup pctores seuire possit. Ideo Job. xl. dr. Qui fecit eum applicabit gladiũ eius.

Quõ ppter bona opa minuũt peccatoribus pene purgatorij vel etiã inferni. Cap. II.

Secũda est gra alleuiata. Profecto valent ad alleuiãdũ penas purgatorij vt inferni. Maior q̃pe pena daret talib⁹ in inferno vel in purgatorio p plurib⁹ malis. Proinde ait Aug. in enchiri. Tale bonũ facit: vt tolerabilior fiat dãnatio. Uñ Bonauen. in. iiij. di. xv. q. vj. intelligit q̃ valẽt ad tolerabiliorẽ dãnationẽ: ex ꝓsequẽti. q̃ impediũt tñ aggrauari culpã Et etiã sicut dictũ est retrahũt a freq̃ntia pctoz̃. & ab incẽsione libidinis & cõtemptꝰ Quia nõ ex tanta libidine hõ peccat q̃ aliq̃ bona facit quẽadmodũ facit q̃ oino oblitꝰ est dei: et p ꝓsequẽs valẽt ad tolerabiliorẽ dãnatõez: et q̃tũ ad ignẽ: & q̃tũ ad vermẽ. q̃ minꝰ cruciabit & minorẽ habebit remorsuz q̃ si illa opa nõ fecisset. nõ de illa culpa quã cõmisit. sed de malis que cõmisisset: & de bonis q̃ omisisset si nõ fecisset illa bona opa. Et idem intelligẽdũ est de eo q̃ statim mort⁹ cũ fecerit bonũ cũ nõ debeat esse irremuneratũ. Et q̃ nõ remunerat⁹ in collectiõe boni: sequit⁹ q̃ remunerari dz in diminutione mali in purgatorio vel in inferno. Itẽ declinare a malo semp euitat penã. q̃uis n ꝓseq̃tur gloriã & palmã. Sz est meli⁹ bonũ facere q̃ malũ vitare: q̃ multo forti⁹ vitabit penã. Preterea dum opa pnie exercem⁹ in multis mãdatis ecclesiastica & diuina seruam⁹: q̃ si n seruaremus in inferno tormẽta maxima pateremur. Mandat enim eccl'ia certis tpibus ieiunare: semel in anno ꝓfiteri. audire missas. elemosynas dare & cetera cõsimilia q̃ tanq̃ dei mãdata obseruãda sunt teste dño q̃ Lu. iij. ait. Qui vos

audit me audit. Et qui vos spernit me spernit Ad oia sup̄adicta tria tam pctōres q̄z iusti ob ligati sunt. Que si obseruāt penā transgressio/ nis euadunt p pctis. Ad hoc facit qđ dicit de pe.di.iij.c.si qs. Ubi dicit. Si qs aūt nō hās charitatē: ⁊ que ptinēt ad vnitatē spūs ⁊ vin/ culū pacis q̄ ecclia catholica congregata in aliq̄ scismate cōstitutus. ne xp̄m neget patit tribu/ latōes. angustias. famē. nuditatē. sitim. psecu tiones. carceres. picula. vincula. gladiū flam= mas: vel bestias: vel ipsam crucē timore gehē= naruz. ⁊ ignis eterni. nullo modo ista culpāda sunt: imo ꝯo in hmōi laudāda est patiētia. Be quit. Estimāda est fortasse q̄ tolerabil⁹ est ei futurū iudiciū q̄z si xp̄z negādo nihil eoz pate retur. Ad idem ptz extra de cel. mis. cum mar/ the circa fi. Et. xiij. q. ij. eps.

Q: opera bona a pctōribus frequē tata incidāt diuinā benignitatē ad eis gratiā largiendā. Cap. III.

Tertia ꝯo est gra excitatiua. Valēt eni ad excitandū bonitatē: benignitatē: et miscōiam dei: ⁊ hoc ppter quandā cō gruitatē vt tali gra largiat. Profecto qlibet bonū opus excitat. stimulat: clamat: ⁊ pulsat ad aures diuine benignitatis gram ⁊ miscōiaz poscēs. Et in huius mysteriū Luc. xj. dns ait. Quis vestrū habebit amicuz q̄ deus est. ⁊ ibit ad illū media nocte. i. adhuc manēs in tenebris pctōrum. Et dicet illi. Amice accōmoda mihi q̄tuor panes. i. graz: spem: fidē ⁊ charitatē: qñ amicus meus. i. affectus meus bonus seu desi= deriuz eterne salutis. venit ad me de via. i. po= stulat saluari dum sum in via. ⁊ non habeo qđ ponā ante illū. s. qđ sit dignū gra dei. Et ille de intus. i. deus rñdet dicens Noli mihi molest⁹ esse. Jam ostiū. s. paradysi clausuz est. vicz exi stentibus in pctō mortali: et pueri mei. i. ange= li ⁊ beati mecum sunt in cubili. i. in gloria para dysi. Non possum surgere. s. ex mea potētia or dinata ⁊ dare tibi Et ille si pseuerauerit pulsās scz opibus bonis. dico vobis: ⁊ si nō dabit sur gens eo q̄ amicus eius sit: vicz p creationez et redemptionē: ppter importunitatē tñ eius sur get amicus p miscōiam. ⁊ dabit illi quotq̄t ha= bet necessarios. i. gram vere cōfessionis ⁊ gra= tificatiōis. Et ego dico vobis. Petite. s. gram dei p deuotas oratōes: ⁊ dabit vobis. Queri/ te. s. eam p feruētes affectōes: ⁊ inuenietis. Pul sate. s. p bonas operatōes: ⁊ aperiet vobis. scz regnū gre ⁊ glorie sempiterne. Be hoc sufficiāt exempla que. s. in. ij. arti. posita sunt. c. iij. Bo nis eni opibus fit a pctōribus violentia illa ce/ lorum. de qua Matth. xj. dicit dns. Regnuz celoz vim patit: ⁊ violēti rapiūt illō. Ad hoc de pe. di. v. c. falsas. Ubi Greg. de pctōrib⁹ nō sufficiēter penitētibus ait. nec tñ talis desperet Et interim quicquid boni poterit facere hortamur vt faciat vt oipotens deus/ cor illius illu/ stret ad penitentiā.

Q: de bonis opibus a pctōrib⁹ frequentatis: si saluant̄ suscipiūt gloriā in vita beata. Cap. IIII.

Quarta est glorificatiua gra. Sūt enim qui dicūt q̄ q̄uis opera bona facta in mortali culpa de directo nō valeāt ad acq̄rendā gloriā btōz q̄ñq̄z tñ opera excessiua de se bona ⁊ explicite facta ppter dei amorē re uerentiā atq̄z cultū p subsequētē charitatē qua quis reuiuiscit: atq̄z saluant̄ aliquo modo remu nerabilia fiunt in beata vita. Nō ꝑbant triplici rōne Primo ppter recognitionē. scdo ppter adiunctionē. tertio ppter pfectionē Primo ppter recognitionē. Nam vt dicūt isti. In pa tria recognoscēt illi beati q̄ opa p̄fata fecerūt ex solo diuino amore: q̄uis nō tanto q̄ deberet charitas noiari. Talis q̄dem etiaz recognitio iocūda erit ⁊ gloriosa btō. Scdo ppter ad= iunctionē. Nam amor ille dei in q̄ fecerūt illa opa bona adiūctus cū charitate sequēti in pa= tria beata letificabit btōs in deo. ⁊ hoc imedia te ⁊ p se. cuz deus ꝑm opinionē eoz sit imedia tum subiectū. Talis aūt amor non expellit ex charitate sequētt: imo p illā perficit ⁊ cōplet. nec dici pōt q̄ nō sit eoz speciale obiectū: cum tales beati sunt. Tertio ppter pfectionē: qz nō videt dicendū q̄ aliq̄s q̄ exñs lubric⁹ aut q̄ ceciderit in aliquā carnalē culpā. tñ in illo pec= cato exñs ppter xp̄m ⁊ eius fidē excessiua toz/ menta ⁊ mala ppessus est. plurimasq̄z elemosy nas fecit atq̄z alia multa opa bona tñmodo p= pter deū. qñ demū resurgit in charitate: ⁊ in il= la decedit q̄ talis nō gloriet in paradyso se tan ta ⁊ tot sustinuisse ppter deū supplicia atq̄z tan ta fecisse bona. Quis g̃ desistet ⁊ cessabit vnq̄z lz etiā pctōr sit ⁊ sceleratus operari bonū: cuz in p̄nti seculo tps habet: dum p opa bona videt se elongari a criminib⁹: ⁊ a pctis. habilitari at/ q̄z disponi ad gras ⁊ ꝯtutes. non tñ habituari in vitijs ⁊ pctis. ⁊ p ea satisfieri de p̄teritis cul/ pis. Conspicit tps suū occupare in bona. intel ligit p ea refrenari ptātē demonis. alleuiari pe nas purgatorij vel inferni. Inclinari ad miam vel pietatē dulcedinez dei. ⁊ q̄dāmō pmiari in gloria paradysi ab eo q̄ est misericors pius suā uis sanctus. dulcis ⁊ bonus atq̄z sup cūcta bñ/ dicibilis ⁊ bñdictus dns ihesus xp̄s: q̄ cū p̄re ⁊ spūsctō distribuit ⁊ dispēsat miscōiam gratiā ⁊ gloriā p infinita seculoz secula.

Sabbato in albis Qz purgatoriuz sit multipliciter stabilitum.

Sermo. LXIIII.

Qui ne quod pt transire p flāmas igne purgabit Nume. xxxj. De loco purgatōis animarū humanarū quē purgatoriuz noiamus an sit ppzius deputatus purgationi earū seozsum a paradyso terrestri ⁊ inferno atq; habitatōe nr̄a non paruā questionē habet. Verū qz de charitate in p̄cedētib⁹ actū est ⁊ manifestū est in q̄busdaz aiabus eoz q̄ in statu charitatis decedūt multa restare purgāda post suoz corpoz mortē. Quia vt infra dicet vel p̄occupanr̄ corpali morte anteq; hic cōpleuerint purgationē que pnia est p̄m xp̄ianā fidē vl ex improuisa morte subito rapiunt siue p gladiū seu p suffocationē aut passiōis alicui⁹ vehementiā que vltimē interimit. Ideo necesse est vt cōpleāt id qđ restat ⁊ deest de purgatione sua ār̄e est locus ille quē purgatoriū fides xp̄iana vocat. Et de talibus q̄ purganr̄ ibi mystice spūsctūs in vbo ppositō inqt Qui ne qđ p̄t transire p flāmas igne purgabit. Non transit vtiq; qđ remanere ꝓbat. In flāmis iferni oēs dānati pmanēt ineternū quēadmodū Qath. xxv. c. dñs ait Discedite a me maledicti i ignē eternū. Juxta igit mysticū intellectū de his q̄ post hanc vitā purganr̄ sumē pōt locus predictus scripture. ō purgatorio igit tractaturi añ oīa ip̄m esse stabilire necesse est ⁊ maxime cōtra quosdā q̄ illud negare cōtendūt. Purgatoriū igit esse tripliciter possumus demōstrare Primo rōne viua. scdo auctoritate firma. tertio expientia clara.

Articulus. I. vbi multiplici rōne ꝓbatur purgatoriū esse.

Primo eni ꝓbemus purgatoriū esse rōne viua Et hoc multis rōnibus ꝓbari pōt Primo rōne hūane culpe. scdo rōne vere pnie. tertio rōne diuine glorie.

Prima pars articuli primi. s. quō triplici argumento ostendit scz q̄ necessarium est purgatoriū esse ratione culpe.

Primō ꝓbemus purgatoriū esse rōne culpe. Pctā q̄pe hoium tria in se hr̄e ꝓbant. Primo q̄dez sunt volūtaria. scdo sunt inequalia: tertio sunt emēdabilia.

Qz qz pctā volūtaria sunt ꝓbatur purgatoriū esse. Cap. I.

Primo eni sunt volūtaria. Non est dubium q̄ pctā oia que actualia noiam⁹ volūtate seu volūtarie ꝛbunt q̄re volūtate cōtraria ea relinq̄re nc̄e est Manifestū est eni q̄ q̄dā subito ip̄rouisa morte rapiunt siue p gladium siue p suffocationē siue aliq̄ alio modo sicut p̄dictū ē. In his aūt locū nō habet ꝛria voluntas qz nec etiā cogitat⁹ est de correptōe vel emēdatōe Secū igit deferūt aie hmōi crimina et pctā. Cum igit nec cū eis transferanr̄ in celū nec p eis detrudanr̄ in infernū nc̄e est eas expiari anteqū in celestē gloriā trāsferanr̄. Quis igit sapiēs penset vasa cōtumelie fieri vasa glorie nisi in fornace materiali ꝓus bñ fuerit depurata. Est igit locus vbi purgatio ista seu expiatio fieri debet. Ampli⁹ nō est dubiū intelligētibus pctā quedā lz volūtaria esse leuia. p q̄bus infernalia supplicia nō debenr̄ cū hmōi etiā culpis ip̄ossibile est volare in celū. purgabunt igitur ſaie hūano ab hmōi pctis anteq; recipiant in celū ār̄e alicubi nc̄e est hanc purgationē fieri: ⁊ ita in aliq̄ loco: ⁊ hic est locus quē purgatoriū noiam⁹. Obiectio. Qx si q̄s dixerit: qz hmōi pctā cū ip̄o corpe deponunt ⁊ sola depositōne corpis dicit tūc aiam hūanā liberā atq; mundā merito queri⁹ ab eis ꝓpter q̄d nō etiaz maiores culpe. s. mortales exuunt ip̄sa corpis depositōe. Preterea manifestū est q̄dā vitia q̄dam volūtate tenati⁹ inherere aiab⁹ hūanis ⁊ q̄sdam difficile mobiles ⁊ p ꝛrias ꝓsuetudines paulatim minui vel remitti donec radicit⁹ extirpenr̄. Sic q̄pe se hñt ex necessitate ⁊ de maculis q̄ ex hmōi relinquunt in aiab⁹. De hmōi igit maculis q̄ momētanea ⁊ subita corpis deposītōe abstergi nō possint manifestū est: ⁊ p̄pter hoc longa ⁊ forti purgatōe indigē. Admodum q̄p q̄ quedā mortales culpe ex volūtate facili⁹ deserunt q̄busdā laudib⁹. Facili⁹ enim quē penitet de homicidio vel latrocinio q̄ arisu minimo vel delectatōe cibi ⁊ potus: ⁊ hoc cē qm̄ pctā illa grauissima horroze suo deterrēt ⁊ a seipis diffigāt rōnales mētes. Illa vo suauitate sua aias nr̄as alliciūt ⁊ retinēt cōprehēsas quare si ista leuiora tam facile relinquūt. vt sola morte corpis deleanr̄ q̄to fortius illa q̄ constat esse minoris adherētie atq; tenacitatis Et ex hoc sequeret q̄ decedēs cū grauissimis culpis absq; alia penitudie solū p depositionē corporis saluaret q̄ tam grauia q̄ leuia ꝓpetrassz que q̄dem absurdissima sunt.

Qz purgatoriū sit, ꝓbat respectu inequaliū pctōz. Cap̄m. II.

Secundo eni pctā sunt inequalia. Manifestū est enim non oia pctā eq̄lia esse nec dubiū illa expiari posse per penitētiam vel penā. Inequaliū autem pctōz expiationes equales esse nō possūt quēadmodū nec

ecõuerso. s. equalitũ inequales equales inq̃z vel tpe: vel grauitate: vl etiã asperitate. quare si q̃ anime equalia habẽt pcta ⁊ simul incepint expiatões pctõz suoz vel impossibile erit alterã priusquã exire de corpe suo q̃ alterã vel alteri⁹ expiatio cõplebit̃ post exitũ a corpe suo. Quod est q̃pe est q̃ nõ est impossibile alterã priusquã exire de corpe suo q̃ reliquã. Sil̃r nõ est impossibile vtrã q̃z exire de corpe ante cõpletã expiationem alterutra exiuerit: vel vtraq̃z cõplenda igit̃ erit expiatio hmõi in futuro: ⁊ ppter hoc in aliquo loco: ⁊ hic est locus purgatorij de q̃ est sermo. Obiectio. Si quis aliq̃s dixerit: q̃ postq̃z incepit purgationẽ necesse est morari eam in corpe suo donec cõsumauerit causa q̃ in eo tpe nõ posset occidi homo illic vl̃ mori qđ quidẽ est ridiculosum: ⁊ friuolũ manifeste. Amplius manifestũ est enĩ nõ oĩs penitudines interiores equales esse nec oĩa vicia vl̃ pcta. Aut igit̃ determinatũ est q̃z hmõi penitudo siue afflictio: atq̃z dolor penitudis sufficit ad plenã expiationẽ animaz̃ pfectã q̃z recõciliationẽ ad creatorẽ aut non est determinatũ. Si q̃s dixerit determinatã esse q̃titatẽ necesse habet intelligere hoc altero duoz̃ modoz̃. Primus modus est vt intelligat vnam aliq̃z q̃titatẽ penitentialis doloris que sufficiat pro oĩbus eq̃ valz pro magnis vt p paruis pctis. ⁊ ita non sit necesse penitẽtibus aliq̃d amplius agere p eo vt recõciliẽt̃ creatori. Sequit̃ g̃ vt si forte maioris q̃titatis fuerit dolor q̃z illa determiata sit habeat superfluam partẽ: ⁊ etiã p iniustus sit altissimus deus animarũ iustificator ⁊ rector q̃ maiorẽ infert doloris penã penitẽti q̃z exigerat culpe sue Q̃ si dixerit. q: qđ addit̃ dolori vltra debitũ et exigentiã culparũ addit̃ in pfectũ virtutuz: ⁊ in medelã verum vticq̃z dicit: sed de dei iusticia non se expedit vel absoluit. Neq̃z enĩ humana iusticia hic patit̃ vt p ineq̃libus delictis equalis iusticia fiat: ⁊ q̃ p vno ⁊ p multis vel equalibus vel maioribus vna pena ⁊ eadẽ infligat̃. Q̃to ergo minus diuina iusticia hoc nõ patietur. Secõs autẽ modus est vt intelligat. determinatã esse penitentialẽ penã in q̃titate. scz q̃ vnicuiq̃z pctõz debeat̃ ppria non vna. scz oĩbus sed maioribus maior ⁊ minoribꝰ minoris. Intelligo aũt hic de pena penitudinis interioris. Dico ergo q: si penaz hmõi infert deus in vindictã: tex iusticia sola possibile cẽt forte qđ dicit. Sed hmõi penitudo si vera est atq̃z pfecta indubitãter iustificat pfecte animã seu homiñẽ. ⁊ deo recõciliat eum vere enim penitens interius vere reuertẽs est ad rectitudinis viaz quare vere est auertẽs se a malis que fecit ppositoq̃z ⁊ voluntate in bonitate est: ⁊ bonis que deseruit se cõuertens. Qtacũq̃z autẽ hec penitudo hic penitentẽ penitere faciat ipsum iustificat deo illũ cõciliat ⁊ cõiungit. Non est autem dubium quin clemẽtissimo creatori longe plus placeat penitudo interior q̃z ea que exterior: est et hoc est: q: longe melior vt potevitijs ⁊ pctis essentialit̃ cõtraria ipsiq̃z aie hũane vicinior vt eius mũdatio ⁊ decoratio ipsius creatoris imediata opa: necnõ ipa aiarũ reformatio spualis. Possibile est aũt eam tantã esse hoc est tãte afflictõis ⁊ doloris: vt aliam penã ab ipo pnie iusticia diuina nõ reqrat. Plerũq̃z aũt diuine iusticie p hmõi penitudinẽ nõ totaliter satisfit: et ideo necesse est vt supleat̃: vel literatis penitudinibus vel exteriorib⁹ exercitatõibus. Amplius q̃ peccauit ⁊ interius ⁊ exterius in corde scz ⁊ in ope nõne dignũ ⁊ iustũ est vt satisfaciat interius: ⁊ exteri⁹: aut saltẽ eo vsq̃z intus: sicut supradictũ est vt ita sufficiat penitudo interior vt exterior satisfactio non reqrat̃. Q̃ si q̃s dixerit: q: non oportet hec ita esse: qñ exterior satisfactio posset esse tanta p̃m hoc q̃ interior nõ esset necessaria. Rñdeo nõ esse verum: q: exterior exercitatio: nec noie satisfactiõis digna est: nec deo vnq̃z excepta nisi pcesserit de radice interioris. Quodis igit̃ oĩbus necesse est locum esse futuris purgatõibus deputatũ: ppter inumeras animas quarũ hic purgatio p̃m qđ dictũ est non expletur

Q̃ respectu emẽdabiliũ pctõz purgatoriũ esse, pbat̃. Cap. III.

Tertio vero pcta sunt emẽdabilia inter culpas grauissimas que mortales vocant̃ est ex necessitate via ⁊ mediuz ad virtutes ppter quas reddit̃ p̃miũ sempiterne felicitatis alioq̃n nõ esset reuersio siue q̃uersio ab illis ad vtutes hmõi. hoc autẽ est ipossibile manifeste vicz nõ esse reuersionẽ a malicijs ad vtutes ⁊ bonitates. Ipse enĩ aie hũane mutabilitas nõ patit̃ aliquẽ hic imutabiliter esse malum vel bonũ. Sil̃r neq̃z dei altissimi misericordia aut iusticia. huic errori sensus ipe ⁊ experientia frequẽtissima cõtradicit cum manifeste q̃tidie videamus ⁊ bonos malos fieri. et malos bonos. vel eruditõe vl̃ flagellatõe: ⁊ cum diuini muneris adiutorio. Quod malos aũt nõ dico fieri quosdã nisi ppria adinuentõe. Vitia enim ⁊ pcta adinuentões eoz̃ sunt in q̃bus sunt non a deo indite vel imisse. Si ergo mediũ est ⁊ via atq̃z reũsio a malicijs ad bonitates: ⁊ a vitijs ad vtutes manifestũ est q̃ illud mediũ vel via nõ est purgatio vel expiatio. Qua de causa necesse est per expiationẽ minui vitia atq̃z malicias animaruz. Minui inquam q̃tum ad opera et q̃tum ad cogitationes ⁊ passiones atq̃z debilitari habitus malos per cõtrariam ꝓsuetudinẽ

ita vt tam nō ex ipsis ꝓcedant actus mali siue exteriores siue interiores donec radicit⁹ extirpenť et sit facilis ingressus virtutib⁹ i animas hūanas ąrū aduētu aie ipe cōfortenť: decorentur: ⁊ velut renouate ex intimis iuuenescant. Et ꝫ interdū fit hoc. Possibile tñ est ipsi creatori aiarū subito aias ąs voluerit expurgare sicut ꝓtigit i dextro latrone sed de hoc alibi dicē dū est. Nūc aūt intētio mea ē tractare de expiatiōe aiarū que ē de dīna iiuria satisfactio ⁊ expiatio ꝫ ē ⁊ aia⁹ hūanarū emēdatio vl emūdatio ⁊ die ire placatio. Dia aūt ista ꝓueniēt sine fiūt ꝓ afflictionē que vocať purgatoria ꝓpter ꝫ nemo eni ē cui nō māifestū sit ⁊ terena ⁊ mala desideria afflictionem extingui ⁊ ab aiabus abradi: ac etiā radices hmōi passionū ⁊ ope⁹ a deo debilitari vt eis durātib⁹ in actibus hmōi ꝓdire nō possint Et ꝫ ipz attestať natura docz nō solū hoies filios suos et alit subditos ꝓ flagella et afflictōes corrigere et aūtē a vicijs et peccatis ꝫ etiā aialia bruta. preterea si creauit creator altissim⁹ ignē ą purgant metalla cū incōpabilr maior sit cura ⁊ de purgatiōe aiarum hūanarū quō nō creauit ignē quo hūane aie purgarenť. Item cōtraria cōtrarijs curanť: ꝫ culpa ex delectatōe oritū habet: vel ex negligētia aut libidine vñ deleri habet ꝓ penā. Q si dixerit quis q sufficit afflictio penitudinis ⁊ dolor internus spūalis quē vere penitēs habet ꝓ eo q peccauit verū vtiq; dicit. qz sufficit qñq; Et hoc est cū vehemēs ⁊ adeo fortis fuerit habensq; pfectōes qui vt dictū est alt reąrunť verū si paucus fuerit pauceq; afflictōis nō sufficiet ad istā expiationē quare necesse est vt ad iuuek hic donec supleať quicąd deest hmōi expiationi. Q si hic. i. in pñti vita factū nō fuerit necesse est vt post hanc vitā apponať. hmōi supplemētū. Item ym Job Scotū. in. iij. di. xxj. circa principiuz. Ista est cōclusio certa. ſ. q de pctō dimisso in hac vita ꝓ ipsa pena debita soluī pōt ⁊ debet post hanc vitā. Qđ ꝓbať qz nullus cum debito pene glorificať. Aut eni pene simul soluēde sunt cum gloria aut post gloriaz. Sed neutro modo. qz nec pena pōt stare cum gloria nec succedere glorie Ergo si ąs aliqñ est debitor pene necesse est q ꝑus exsoluat illā qđ ądem in purgatorio necesse est fieri.

Secūda pars primi articuli in qua triplicit ostendit q necessariū est purgatoriū esse cōsiderato penitentie statu. secūda pars.

Secūdo ꝓbari pōt purgatoriū esse rōe vere pnie In pnia ądem tria plerūq; cōcurrūt. Primū est punitio. scōm diminutio tertiū satisfactio.

Q; ꝓprie pnia sit ita q; ex ea sequit purgatoriū esse. Cap. I.

Primū qđ cōcurrit in pnia est punitio Aduertendū est eñ q; qui negant purgatoriū ⁊ purgatiōes animarū istaruz ignorāt pniam ⁊ esse eius. Est eni pnia siue interior penitudo iudiciū spūale in quo anima percatrix accusat se testificať contra se iudicat cōtra se vicz se esse dignā tormētis atq; supplicijs infernalib⁹ ꝓ eis que male gessit. Postremo exequit iudiciū ꝓprium cōtra se. ſ. se torquēdo nō tm spūaliter ꝓ cordiales dolores ⁊ verā cōtritionē sed etiā corpalib⁹ afflictōibus qualia sunt ieiunia labores flagella. et alia hmōi. q̄ sacre exercitatiōes denotanť. Et cum videt q; omnia ista nō sufficiūt ad plene satisfaciendū iustitie creatoris: instat oratōibus ⁊ obsecratiōibus apud clementissimū creatorē implorās misericordiā eius: vt ignoscat ei merita supplicia. Deniq; taliter penitētes clare intelligūt q; nulla est afflictio. nullū tormētū. nullū deniq; supplициū qđ hic sibi penitus infligūt: quo nō maiori vel maius incōperabilit debeať pctis gravibus ąbus humane aie sepanť a deo: sed neq; horrores q̄tūcunq; sunt equari possunt vel cōparari cōtumelijs ⁊ iniurijs q̄ pctis hmōi deo altissimo irroganť. Intelligūt ąs maxime qui diuinitus illustranť omnia hmōi pcta ⁊ infinita etiā ⁊ infinitas ꝓ eis penas de rectitudine diuine iustitie debere pctōribus irrogari. Sicut igit seruū fugitiuū non sola reuersio sua ad domū suū. imo etiā iustissime exigunť. ab eo opere ąbus tpe fuge defraudauit domū suū. Sicut etiā vir bellator recedēs a rege suo iminente ei prelio nō solū reuersione iustificať apud regez imo ąs exigit ab eo satisfactio. ⁊ de fide violata et de dānis si qua regi ꝓ eius recessione hactenus puenerūt. sic ⁊ pctōribus nō sufficit sola reuersio ad domū ⁊ regē seculoz omniuz. nisi et dāna subtracte seruitutī subtractiq; seruitij restituant. cōtumeliāq; ⁊ iniuriā fuge sue ⁊ derelictōis: iuxta legē ipius emēdent nisi forte tanta sit humilitas ⁊ deuotio affectioq; interior vt regi ⁊ dño his placeat omne cōtemptū. Purgatio igit penitētialis exterior sequit hmōi iudiciū si datum fuerit spaciū hanc cōplendi nisi vt sepe dixi interior sufficiēs sit: ⁊ pena iudicialis quā etiā penitentialē vocamus sequať animas exeūtes a corpibus suis. ⁊ hoc in purgatorio adimpleť vt statim dicā.

Q; necessariū est esse purgatoriū q; pnie non cōpleńt. Cap. II.

Secundū qđ in pnia cōcurrere solet est diminutio. Cum eni pnia sit indubitāter purgatio animarū hūanarū: ⁊ placatio iū-

mi dei. manifestū est ꝓ hoc: qz aiabus post cor
pora est expiatio ⁊ purgatio de necessitate: cuz
possibile sit ⁊ manifeste cōtingat multas peni/
tentias in vita ista non cōpleri sicut prætactuz
est. qua ꝓpter necesse est vt post hanc cōpleā/
tur vitaz. Que enī clemētissimi creatoris adiu
torio purgari ceperūt hoc ipossibile est rema:
nere impurgatas. qz aut est in ptāte eaz posi/
tum post cōcorporib⁹ exute sunt vt cōpleāt pur
gationē hic inceptā aut nō. Si sic ꝙ cum tanto
libēti⁹ cōto ꝓpinquores se vidēt glorificatiōi sue
ꝫ merito faciāt: tanto cz liberi⁹ ⁊ expeditius cū
to ab ipso corpe ⁊ impedimētis que ex pte cor
poris: ⁊ a vita mūdi istius liberate sunt. ncce ē
eas pficere in vita illa ceptā in pñti purgatōez
quare ncē est esse locū hmōi purgatōibus de/
putatū. Si vo nō est in ptāte earū cum manife
stum sit eas purgationē suā desiderare: ⁊ mōis
oibus velle nihil verisimilius aut credibili⁹ est cz
clementiā creatoris satisfacere tam pūs deside/
rijs earū ⁊ suplere eis oipotenti vtute sua qō
ipse sine eius adiutorio nec esse incipere potue
runt. Ex vtroz igit modo sequit locū esse ta:
libus purgatōibus ꝓparatū.

Qz rōne cōplende satisfactōnis ne/cesse est purgatoriū esse. Ca. III.

Tertiū qō ip pnia cōcurrere solet est sa/
tisfactio. Quidā ignorātes oino ⁊ vir
tutem vere pnie: ⁊ ipius pnie veritatē
atcz satisfactionē dixerūt: qz culpa aiarū fuit:
vel qz nimis tarde expurgationē hmōi incepe
runt: vel qz desidiose nimis ⁊ negligēter in pte
ista egerūt alioqn eam poterāt pfecisse Ad qō
dicendū ꝙ nō est vere penitēs nisi q oino auer
sus est corde ⁊ volūtate a malicia sua. hoc est a
vitijs ⁊ pctis: ⁊ ad deū cōuersus ⁊ eidem adhe
ret toto corde. Talis igit iam deseruit maliciā
penitus: ⁊ apprehēdit bonitatē. factusz est to/
taliter bonus interius quare vel nihil restat in
eo expiādū interius: nisi forte leues aliq culpe
vel forsitan eis aliqd paciēdū restat ꝓ qō satis:
fiat diuino honori atcz iusticie. ⁊ hmōi passio
nes dixi purgatorias ⁊ pniales. Nulli etiā de:
bet dilata pnia suffragari ꝫ si in futuro talis nō
puniret appareret de negligētia dilate pnie cō
modū reportare. Ideo cōsuetudo apud aliqs
hoies est ꝙ volūt sibi satisfieri ꝓ irrogatis in/
iurijs ꝓ pnā aliquā vl cōdignā minorē. ⁊ hoc
est cum clemētes sint: atcz viri iusti Amant au
tem pnā hmōi nō liuore vindicte: ꝫ amore iu:
stitie. qō est cum videāt eam emēdatoriā ⁊ cor
rectoriā pacientiū in multo ampli⁹ amarēt eas
si viderēt aias exide purgari ⁊ decorari. Quia
igit tales intelligunt purgatorie pene que ce:
ptam in hac vita purgationē pnialem pficiāt:
⁊ supleāt leuesz atcz velut desup aspersas ma
culas leuiū pctōz abstergēdo aias purificent.
Ideo ⁊ necessarie sunt multis aiabus: ⁊ ꝓ eas
diuine satisfit iusticie ⁊ clemētie ꝓpterea neces/
se est aiabus humanis post corpa ⁊ tps ⁊ locū
hre huiuscemodi expurgatōis cōplēde. Ideo
tria sunt genera mortuoz: qdaz sunt valde ma
li qbus ecclesie suffragia minime pfūt qdā val:
de boni ⁊ talib⁹ suffragia minime necessaria sūt
quidā nō valde mali sicut qui venialia habēt.
vel iniunctā pniam nō cōpleuerūt. ⁊ his debe
tur purgatoria pena. Ex quo ptz necessario es
se locū vbi hec purgatio fiat.

Tertia pars articuli ꝓmi in q̄ ostenditur purgatoriū necessarinz esse ꝓ gloria dei.

Tertio cz ꝓbari pōt purgatoriū eē rō/
ne diuie glorie. Exurgit enī dñi gloria
magna ex purgatorijs afflictōibus maxime ꝓ
pter tria. Primo qz sunt iuste. scō qz sunt de/
centes. tertio qz sunt decore.

Qz purgatorij cruciatus ostendūt gloriā iusticie dei. Caplm. I.

Primo enī purgatorie afflictōes que in
ferunt his q purgatōe indigēt sunt iu/
ste. Mirant qdam quō clemētissim⁹:
ac benignissim⁹ creator amat vel querat hmōi
animarū tormēta ⁊ cruciatus cum ipse sit essen
tialiter: atcz fontaliter misericors ⁊ miserator ac
pius. Quibus dicēdū ꝙ creator benedictus ⁊
sublimis sicut essentialit est misericors atcz bo
nus sic est essentialiter ⁊ fontaliter iustus. Et p
pter hoc sicut nō querit penas aiaz ⁊ cruciatū
p se: sed qz multipliciter sunt vtiles aiabus ⁊ sa
lutares sic nec querit eas: qz tormēta sunt aiaz
hec enī intentio diabolice credulitatis est. sed
potius qz iuste ⁊ honori suo cōueniētissime in
cztuz enī iuste ⁊ bone sunt sicut iusticia incztū
iusticia bona est. Preterea sicut sūma bonitas
non patit ꝙ bonū remaneat irremuneratū ita
sūma iusticia nō patit ꝙ malum nō remaneat
ipunitū: sed si purgatoriū nō esset malū rema
neret vticz impunitū. Amplius iustū est enī vt
spūs q cōtempto lūmo bono subiecit se infimo.
id est pctō, subijciat postea inferioribus. i. penis
Item culpa est offensiua maiestatis diuine: et
damnosa ecclesie sancte atcz in nobis deforma
tiua pulchritudinis diuine. Sed offensa requi
rit punitionē: dānū reqrit satisfactionē ⁊ defor
matio purificatōnē. ⁊ ꝓpter hoc ncē est ꝙ hec
tria in purgatorio pficiant. si qd de eis deficit
in presenti.

Qd decens est purgatoriū esse ꝓ gloria dei. Caplm. II.

Secūdo predicte pene sunt decētes ad

glozīā dei. Quibusdā enī īnsipiētibus videt q̄ nō deceat creatozis clementiā ita exactricē esse penarū penitētiū aīaz. Quib⁹ dōm est q̄ creatoz nō intendit aliq̄d ꝓpt̄ qđ aliud a se sed opatur qđ ipm decet: qz decet ipm. z nihil magis decet ipm q̄z clementiā z iusticiā. z tam clemētie opa q̄z iusticie etiā p se decentia atq̄ debita sūt p se bona: z p se decora. Et ꝓpter hoc ꝓpter semetipm z p gloria sua operat illa creator optimus: lz inumere vtilitates z imense hoibus p/ueniant ex eis. Preterea tanta est dignitas diuine lucis q̄ cōdecēs est: vt eam soli q̄ sunt mūdi corde cernere possint oculi. Proīde necē est q̄ quisq̄ veniat ad mūdiciā baptismalē anteq̄z ꝑsentet. ꝓspectui diuine lucis. Simul⁹ moriat simul iustissim⁹ z pctōz maxim⁹ in fine tñ ꝙuersus. Non eq̄dem decēs est neq̄ iustū q̄eque cito euolēt ad gloriā sempiternā.

Q purgatozij pene sunt ad decozē glozie. Caplm. II.

Tertio ꝑdicte pene sunt decore etiā ad gloriā dei. qm̄ decent z iusticiā dei: et merita pacientiū seu paciētes ꝓpter merita mala. Q̄ta ꝙo sit iusticie pulchritudo ex hoc clarescere pōt: qz tam vehemēter p dei gloria diligitur ab his q̄ eam intueri ꝑualēt z videre. De quibus ppha erat cum inquit. Letabit iustus cum viderit vindictā: man⁹ suas lauabit in sanguine peccatoris.

Articulus. II. Q a tribus magnis z ꝓncipalibus legib⁹ stabilit purgatorium esse.

Secūdo q̄dem auctozitate firma stabilitur purgatoziuz esse. Non enī est lex de tribus magnis legib⁹ que i purgationē animarū post mortē corpoz non cōsentiat. Nam firmat z stabilit. Primo lege nature. secōdo lege scripture. tertio lege gratie.

Q lex nature attestat purgatoziū esse. Caplm. I.

Primo enī lege nature. Tpe īnocētie purgatoziuz lz esset nō ab hoibus: sed tñ a demonib⁹ fuit inhabitatū: qz regnabat innocentia in natura humana. Neq̄ habitabit post resurrectionē: qz aīabus iustis nō erit luctus neq̄ clamoz neq̄ doloz vltra q̄ ꝓma abierunt. vt dicit Apoc. xxj. Sed tpe legis nature cepit inhabitari tam a demonib⁹ q̄z a malis hoibus Nam naturalis rō dictat q̄ tūc fiebat pnia sicut nūc. Non autē fiebat in sinu Abrae qz tunc ibi leticia erat. Preterea rōnes que in p̄cedēti. j. arti. posite sunt p maiozi parte si bene cōsiderant apertissime monstrant tpe legis nature purgatoziū extitisse cum ex naturali lege sumat robur atq̄ vigorē.

Probat purgatoziū esse lege scripture. Caplm. II.

Secūdo lege scripture. Nam ponitur. ij. Mach. xij. c. Judas vir fortissimus collatōe facta. duodecim milia dragmas argēti misit hierosolymā offerri ꝓ pctis mortuoruz sacrificiū. Et sequit Sancta g̃ z salubris est cogitatio ꝓ defūctis exorare vt a pctis soluant. Sed sicut supra in plerisq̄ locis articuli p̄cedentis maxime in ꝑma z scōa parte ostensuz est necesse est pctā p penas z supplicia expurgari: z in loco determinato ad hoc debere fieri: sicut etiā idipm supra ꝓbatū est. Preterea ꝓ defunctis qui sunt in paradyso nō oportet orare. qz adiutozio illo nō egent. nec insup ꝓ illis q̄ sunt in inferno: qz a pctis solui aut purgari nō ꝑnt. Sunt igit aliqui post hanc vitā nōduz a pctis soluti q̄ solui seu purgari possunt.

Probat purgatoziū esse ex lege gratie. Caplm. III.

Tertio stabilit purgatoziū eē lege gratie: z hoc triplici firmamēto vt ceteramus causa breuitatis. Primo firmamēto xp̄i. scōo ap̄li. tertio ecclīastici institui. Primo inq̄ firmamēto xp̄i. vñ Mar. iij. c. dñs ait Si q̄s dixerit verbū cōtra spiritū sanctū nō remittet ei neq̄ in hoc seculo: neq̄ in futuro. In qua quidē sñia datur intelligi quasdā culpas: in hoc seculo quasdā ꝙo in futuro posse relaxari. Item Matth. xij. dñs ait. Quicūq̄ dixerit verbū cōtra filiū hois remittet ei. qui aūt dixerit verbū cōtra spiritū sanctū nō remittet ei neq̄ in hoc seculo: neq̄ in futuro. Hō ꝙbū exponens Greg⁹. di. xxv. in. c. Qualis sic ait. Qualis hic q̄sq̄ egredit talis in iudicio apparebit vt ꝑsentabit. Sed tñ de q̄busdaz culpis esse ante iudiciū purgatiōis ignis credēdus est p eo q̄ ꝙitas dicit. si q̄s in spūsctō blasphemias dicit. neq̄ in hoc seculo remittet ei neq̄ i futuro. In qua sñia dat intelligi quasdā culpas in hoc seculo quasdā in futuro relaxari. Hō enī devno negat z ꝙsequēs intellectus ptz qz de q̄busdaz concedit. Sed tñ vt p̄dixi hoc de paruis minimisq̄ pctis fieri posse credendū est: sicut est assi duus ociosus sermo ꝓmoderat⁹ risus. vel pctm̄ cure familiaris q̄ue vix sine culpa sibi ipis agit. qui culpā sciunt qualiter declinare debeāt que etiā post mortē grauāt: si adhuc in vita positis minime fuerint relaxata. Insup Matth. v. c. dñs ait. Esto cōsentiens aduersario tuo cito. i. sinder isti murmurāt in malo aut āgelo ad opposituz decertanti dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersariu⁹ tuus iud'ci. i. deo z iudex tradat te ministro. i. angelo z in carcerē mittaris. i. in purgatoziū p angelū deducaris. Amē

dico tibi nō exibis inde donec reddas nouissi/
mum quadrantē Hoc q̄dam de carcere huius
mūdi nō pōt intelligi. eo q̄ nec ibi ponunt oēs
tales: nec de carcere infernali q̄ ibi nunq̄ sol/
uitur nouissim⁹ q̄drans debite pene: sed de car
cere purgatorij intelligi habet: q̄ ab illo exibit
q̄s q̄n̄ soluerit nouissimū quadrantē q̄d dat in
telligi p illud donec. Sed obijcit de hoc termi
no donec: q̄ Gen̄. viij. c. dictū est q̄ coruus nō
reūtebat donec siccarent aque: ⁊ tn̄ postea nō
est reuersus. Et ℳatth̄. ij. c. scriptū est q̄ Jo
seph nō cognoscebat vxorē suaz donec peperit
filiū suū p̄mogenitū Et tn̄ impiū esset dicere q̄
postea cognouerit eam. Ad q̄d dr̄m q̄ hec di=
ctio donec in scr̄ptura duplicit sumi solet. ¶ Pri/
mo modo p semp. Juxta illud ps̄. Sede a dex
tris meis: donec ponā inimicos tuos sca. pe. t.
Nec tn̄ intelligendū est q̄ q̄n̄ ini mici xp̄i posi=
ti eruut sub pedib⁹ eius tpe iudicij generalis q̄
tūc dictat sedere a dextris p̄ris. Et hoc mō ac/
cipi debet q̄d dictū est Gen̄. vij. ⁊ ℳatth̄. ij.
Scdo modo accipit p tpe terminato q̄ transa=
cto al: q̄d fit quēadmodū dici solet Jste ñ come
dit donec extitit hora sexta expleta. ⁊ sic Gen̄.
xlix. assumptū est. Non auferet sceptrū de iu=
da: ⁊ dux de femore eius: donec veniat q̄ mittē
dus est. q̄ ablatū fuit sceptrū q̄n̄ venit Sic est
in p̄posito cum ait. nō exibis inde donec red/
das nouissimū quadrantē q̄d nunq̄ in inferno
fiet: ⁊ sic oportet q̄ hoc dictū de purgatorio in
telligat. Scdo firmamēto apli. Naz ⁊ ipe apls
p̄mo Cor. iij. c. ait. Fundamentū enī aliud ne=
mo ponere pōt p̄ter id q̄d positū est: q̄d est ie
sus xp̄s. Si q̄s aūt supedificat. s. fundamentū
hoc aurū: argētū: lapides p̄cios̄os: ligna: fenū:
stipulā. vnius cuiusq̄ opus manifestū erit di/
es dñi declarabit: q̄ in igne reuelabit. ⁊ vnius
cuiusq̄ opus quale sit ignis p̄babit. Si cuius
opus manserit q̄d supedificauerit mercedē ac=
cipiet Si cuius opus arserit detrimentū patie
tur: ipse aūt saluus erit sic tn̄ quasi p ignē. Ait
enī. Si q̄s autē supedificat supra fundamentū
hoc. s. fidei orthodoxe aurū dilectōis dei: argē
tum dilectōis p̄rimi lapides p̄cios̄os in opera
tione boni: vel si supedificat lignū ⁊c. sed sniaz
mgr̄i sniaz in. iiij. di. xxj. c. j. p lignū: fenū: ⁊ sti
pulā pctā venialia denotant p quandā similitu/
dinē: q̄ venialia in eodē subiecto cum charita=
te existentia p̄nt p ignē purgatorij: ⁊ p spūalez
ignē charitatis ⁊ dilectōis cōsumi: sicut lignū
fenū: stipula cōsumunt q̄ ignē. Et tardius cō/
sumit lignū q̄z fenū: ⁊ fenuz q̄z stipula. Jdeo p
lignū significāt maiora venialia p fenū media/
cria: p stipulā vo minora. que nō destruūt fun
damentū. Et p̄m Greg. nō dicit ferrū: es: ⁊ plū
bum cum. s. destructiua sint fundamēti. Sed q̄
vniuscuiusq̄ opus manifestū erit. l. in fine et si
nō modo. dies enī dñi declarabit. Dies q̄dem
dñi: ideo dicit q̄ in p̄nti vita tp̄s ad bñ opan/
dum ꝯcessuz dies hois nūcupat: sed dies mor
tis: dies dñi dici pōt. Juxta p̄pheticū illō q̄d
in p̄sona dñi ait. Cuz accepo tp̄s ego iusticias
iudicabo: quia inique. scilicz. purgatorij reue=
labit Job. xxviij. Auro locus est in q̄ cōflat.
Et ℳalach. iij. Erit q̄si ignis cōflans ⁊ emū/
dans argentū. Et vniuscuiusq̄ opus quale sit
scz solidū atq̄ saluberrime modicū vel multuz
cremabile māserit. s. in ꝯsumptū a purgatorio
igne q̄d supedificauerit mercedē accipiet. s. sta
tim q̄ statim euolabit ad celū. iam nihil habēs
ad purgandū Si cuiusq̄ opus arserit. l. crema
bile fuerit ab igne. s. purgatorio detrimētū pa/
tiet. s. ⁊ alicui⁹ pene ⁊ minoris glorie: q̄ in pur
gatorio cruciabit tardius gloriā susceptarus.
Jp̄e aūt saluus erit. s. tandē: sic tn̄ quasi p ignē
purgatorij Hoc q̄dem nō pōt intelligi de igne
materiali: q̄ illū ignē nō transeūt oēs impfecti
de q̄bus apls loquit ibi: nec de alio hui⁹ secu=
li igne p idem: nec de igne inferni: q̄ ille nemi=
nem saluat. ḡ loquit de purgatorij igne. Ex q̄
ptz q̄ apls purgatoriū stabilire intendit in p̄di
ctis verbis ⁊ plurib⁹ alijs locis que gr̄a brevi
tatis omitto. ¶ Preterea v̄bū hoc. s. saluus erit:
sic tn̄ quasi p ignem dānatis minime cōgruere
pōt: q̄ salui nō erūt: sed in eternū peribūt. neq̄
de illis intelligit qui sine pctō decedunt: q̄ de
his p̄rime dixerat. Si cuius opus manserit q̄
sine pctō morianť. nihil est p̄pter q̄d igne pur=
gari oporteat. Relinquit ḡ vt de alijs purgan
dis in altera vita qui tn̄ saluabunt intelligat.

Tertio insup stabilit purgatorij esse firma=
mento ecclesiastici instituti. vñ extra de celeb.
miss. iu. c. cum marthe in fine scriptū est. Defun
ctoz alij sunt valde boni: alij mediocriter boni
alij valde mali. alij mediocriter mali. vñ suffra=
gia que fiunt a fidelib⁹ in eccl̄ia p valde bonis
actōes sunt gr̄az: p valde malis ꝯsolatōes viu=
oz. expiatōes vo p mediocriter bonis: ⁊ p=
piciatōes p mediocriter malis. Hec distinctio
sumit ab Aug. ⁊ ponit. xiij. q. ij. in. c. Tps vbi
inquit. Cum sacrificia altaris siue quarūcūq̄
elemosynarū p baptisatis oibus offerunt p=o
valde bonis actōes gratiarū sunt p non valde
malis ppiciatōes sunt: p valde malis: etiaz si
nulla sunt adiumēta mortuoz tn̄ viuoz conso
latōes sunt. q̄bus aūt p̄sunt aut ad hoc p̄sunt:
vt sit plena remissio: aut certe tolerabilio⁹ fiat
ipsa dānatio hec ille. ¶ Preterea hec est cōsuetu=
do vniuersalis eccl̄esie tam latine q̄z grece que
p defunctis orat: ⁊ semp cōsueuit orare cuius
oratio p̄fecto inutilis esset si purgatorium post
mortē nō ponat. Frustra q̄pe oraret p his q̄

in gloria sempiterna seu in inferno dānati. Itē xp̄iana fides ⁊ orōnibus ⁊ elemosynis ⁊ sacrificijs oiq̄ genere pior̄ operū credit defūctor̄ aias lz non oiuz adiuuari vsq̄ ad diem iudicij generalis. Restat igit̄ ut q̄ expurgatōnes siue expiatiōes istas aiarū negant vel cōcedant oibus aiabus vere hic penitētibus solaz penitudinē ⁊ iustificationē interiorē absq̄ alijs opib⁹ ⁊ satisfactionē sufficere aut nō ⁊ si sufficere credunt nc̄e habēt cōfiteri supuacua ⁊ vana esse hmōi opa supradicta que ab ecc̄lia frequētant. Preterea sancta romana ecc̄lia docta ⁊ instructa a beatis ap̄lis Petro ⁊ Paulo ⁊ alijs sc̄tis pontificib⁹ q̄ inumeris fulserūt miraculis q̄usq̄ tam greci q̄ latini vt scōs firmit̄ venerant̄ h̄ semp tenuit hoc insup̄ tinue p̄dicauit etiaz in tpe quo vniti erant greci cū latinis.

Articul⁹ .iii. in q̄ stabilit̄ purgatorium esse triplici expientia clara.

Tertio p̄bat̄ purgatoriū esse expientia clara que hoc p̄ mltiplicia testimonia attestat̄. Primo p̄ testimonia apparitionuz. scō p̄ testimonia rediuiuor̄. tertio p̄ testimonia incredulor̄.

Q̄ apparitōes mortuor̄ ostendūt purgatoriū esse. Capl̄m .i.

Primo p̄ testimonia apparitionuz Indubitatā p̄fecto fidē de purgatorio: et de purgatiōe hmōi faciūt apparitōes ⁊ visiōes aiarū siue hoiuz q̄ in hmōi purgatōib⁹ exñtes post mortē corpor̄ suor̄ apparuerūt tā multi ⁊ tam sepe amicis suis vt adiuuarēt eos/ et eisdē suffragia p̄curarēt similr̄ ⁊ p̄munientes eos vt sibi a futuris supplicijs p̄cauerēt. Apparuerūt silr̄ ⁊ viris sanctis multi petētes ab eis suffragia sua vel vt ab amicis eor̄ ea ip̄is fieri solicitus p̄curarent.

Q̄ testimonia eor̄ q̄ a mortuis surrexerunt ostendūt purgatoriū esse. Capitulum .ii.

Secūdo p̄z hoc p̄ testimonia rediuiuorum hoc est qui de corpis morte surrexerūt qui statū aiarū ⁊ p̄priarū: ⁊ aliarū in predictis purgatōibus existentiū narrauerūt ⁊ testificati sunt: put inuenit̄ in gestis ⁊ scriptis atq̄ narratiōibus sanctor̄ doctor̄ atq̄ peritorū viror̄que nō solū auditu iocūde sunt: sed etiaz vtiles admodūq̄ salutares multūq̄ p̄ficientes ad correctionē hoiuz a suis vicijs ⁊ peccatis/ hemēterq̄ p̄uocātes ad amorē sanctitat⁹ ⁊ desideriū eterne salutis.

Q̄ etiā infideles testificant̄ purgatoriū esse. Capl̄m .iii.

Tertio q̄ patet hoc p̄ testimonia incredulor̄. Nam ⁊ gentes que legem non habent/ neq̄ creatoris b̄dicti notitiā seu fidez: ⁊ tamē semp intenderūt ⁊ adhuc intendūt suffragari animabus defunctor̄ ⁊ adiuuare eas vt liberent̄ ⁊ transferant̄ ad celos vel etiā in deos tanq̄ deificate quasi ex naturali ratiōe vel legeli/cet erronee ad hoc q̄dāmodo inclinati. Scribunt etiā Virgilius atq̄ alij poete infernū esse vel p̄m partē vel p̄m totū deputatū purgatiōibus istis atq̄ Platonē vocari deū tartaror̄ ⁊ pesse supplicijs aiaz quapropter statuerūt eis sacra ⁊ sacrificia q̄bus placaret̄: vt parceret aiabus. Apud eosdē etiā legit̄ mūdū istū terrenū infernū esse in quo secuti vident̄ esse Platonis metaphoras: qui et posuit aias violēta morte de corpibus exeūtes circa corpor̄ suor̄ tumulos cōmorari nec ante inde recedere q̄ cōsūmatum esset tp̄s quo morature erant in corpibus suis nisi eas inde mors violēta expulisset. Exhmōi cōmoratōe vmbras vocari q̄ sicut ego exptus sum. etiā hodiernis tpibus q̄dam phitones ⁊ phitonisse attestari p̄bantur asserētes has vmbras vexare corpora plurimor̄. q̄ vere diuino iudicio vel maleficijs seu ab imūdis spiritib⁹ cruciant̄. Cui igit̄ in dubiū verti p̄t purgatoriū esse. cum illud clare demōstrēt tot efficacissime rōnes oīs mūdi p̄ncipales leges et sanciones: atq̄ tot ⁊ tante expientie longe et certe: necnō ⁊ tot sanctor̄ doctor̄ orthodoxor̄ sñie firme. Resipiscat igit̄ qui in tanta veritate dubius seu incredulus est: vt relicto statu dānationis cum exibit statum p̄sentis vite saltem transire mereat̄. p̄ mediū purgatōis ascēsurus inde ad gloriā sempiternā. In q̄ cum p̄re ⁊ sp̄ū sctō regnat triumphator̄ ⁊ gloriosus dñs ihesus xp̄s. p̄ infinita secula seculor̄ Amen.

Dñica in octaua resurrectionis in mane de purgatorij statu: hoc est de purgād⁹ penalitate iocūditate atq̄ necessitate. Sermo .lxv.

Hic locus est in quo cōstat̄ Job. xxviij. c. Luz quipe aptissime certū est purgatoriū esse. hic necesse est de statu illius: vt dñs dederit aliq̄d enodare. Triplex vero vtilitas ex hmōi fide oriri solet. Prima est vtilitas pctōr̄. scōa mortuor̄. tertia sperandorum. Prima inq̄ est vtilitas pctōr̄. Nam metu future purgatiōis etiā alias nō deterriti penitentiā facillius atq̄ citius in p̄senti incipiunt. ⁊ diligētius eam p̄sequunt̄ anteq̄ defraudant̄ hac p̄nti penitētiali vita. Scōa vtilitas est mortuor̄ q̄bus: sicut infra dicet̄ multa et varia suffragia porrigunt̄. Tertia no vti

litas sequit ex ꝓdictis. nam ꝑ purgatorij fidez ordinato ꝓgressu mens erigit ad spem future i mortalitatis ⁊ retributois ꝓfecto nihil magis erigit mentes ad deiectionē vitioꝝ et passionū inordinatarū. nihil magis aiat ⁊ cōfortat ad acquisitionē ꝑfectū atq; custodiā earūdē. ⁊ ad cōpositionē mox tantāq; hūane vite decoratōez quā spes future imortalitatis que post purgatoriū expectat: hoc ptz in his q̄ aliam vitā non credūt atq; nihil boni in ea sperāt: qui omnia cum credūt ipa luce pñtis vite amittere ⁊ finire. his nullus est amor ꝑfect⁹. nulla cura sue cōponēde vite: ꝙ totos se exponūt ⁊ tradūt instar iumētoꝝ voluptatib⁹ corpoꝝ. ⁊ spurcitijs vicioꝝ totūq; hūane vite decus in brutales delitias trāsferūt ac se deformāt. Sed qz ad futurā retributōez nemo nisi oīno purgat⁹ puenire ꝑt ideo his q̄ in gra seu absq; finita pnia moriunt Job vbi. s. inq̄t. Auro locus est in q̄ ꝓflat Aurum q̄pe in diuitijs ꝑciosius est ⁊ ꝓgrue significat gram dei. at eos q̄ in gra nōdū finita pnia decesserūt. huic auro locus est. s. purgatoriū. in quo cōflat. i. fundit. ⁊ ab impuritate ad plenā puritatē mutat. vt aurū sic in gloriā sempiternā possit transferri. In q̄bus vbis oñdit de purgatorio triplex status ¶Primus est penalitatis ibi q̄ ꝓflat. scōs charitatis ⁊ iocūditatis ibi. auro. tertius est nccitatis ibi locus est. hoc idem ponit ppha in ps̄. d. Misericordiā ⁊ iudiciū cantabo tibi. In q̄bus vbis tres ꝓdicti status eoꝝ q̄ sunt in purgatorio describunt ¶Primus est status penalitat⁹. de q̄ dicit iudiciū. scōs est status charitatis. cum addit cantabo tibi tertius est status pietatis seu necessitatis. cum inq̄t Misericordiā ¶penalitatē dicūt sibi. iocūditatem dicūt deo. necessitatē vero suā. ꝓximo suo manifestant: ⁊ hoc pōt esse aliud thema in ꝓsenti sermone.

Articulus. I. de purgatorij statu et multiplici eius iocūditate.

Primus inq̄ est status penalitat⁹ et de hoc ppha inq̄t. Judiciū. s. dei iustū factum est sup nos qui in purgatorio sumus Circa qd iudiciū tria cōsideremus. ¶Primo purgatorij locū. scdo purgatorij subiectū. tertio purgatorij suppliciū.

De loco purgatorij ⁊ q̄ infra terrā sunt quattuor receptacula. Cap. I.

